

Relatione nihil est posterius
vt effectus.

11.
Probatur 4.

1. Respons.
Soarez.

Refellitur 1.
In eodem momento oriri numerum actu infinitum relationum, impossibile est.

Confirm.
In ijs quæ sunt per se non possumus procedere in infinitum etiam in potentia.

Aristot.

Respons.
Returatio ex cap. 10. p. 2. vt hic n. 6.

Refellitur 2.
Nulla res finita habet in se formaliter infinitas rationes formales, & reales, etiam non sint re ipsa distinctæ.
Ratio.

Hæc 4. probatio est
D. Thomæ.

12.
2. Respons.

Refutatur.

Infinita progressio monstratur.

fecta consequitur absolutum, vel forte nulla emanatione reali, vt diximus; ita & relatione videtur nihil esse posterius, quod ab illa emanet reali emanatione, etiam imperfecta, aut quod sit illius effectus; ergo a relatione nulla alia realis relatio emanat.

Postremum argumentum est, quia si ad relationem sequeretur realis relatio; esset processio in infinitum perpetua accessione relationum. Quidam respondent permittendo hoc consequens. Atqui cum relationum productio, si qua est, sit momentanea, in eodem momento orietur numerus actu infinitus relationum, quod est impossibile. Et confirmatur, quonia in ijs, quæ sunt per se, non possumus procedere in infinitum, non solum actu, sed neque in potentia; quia oportet esse eam actu finita, vt docet Arist. 2. Metaph. sed relatio ad fundamentum sequitur per se; ergo non potest concedi infinita progressio relationum aliarum alias fundantium. Respondent verum hoc esse in ijs, quæ sunt re ipsa distincta; relationes autem sola ratione distingui a fundamentis. Sed hoc posterius iam refutauimus: & illud prius est quoque repudiandum in re finita; est enim impossibile, vt in re finita rationes formales, & reales cognita sint infinita; cum enim res definitione explicetur, ratio autem formalis sit ipsa rei definitio, id quod est explicabile definitionibus infinitis, non potest comprehendi intellectu creato: res autem omnis finita comprehensibilis est; ergo nulla res finita habet in se formaliter infinitas rationes formales; etiam si dicas non esse re ipsa distinctas: progressio igitur infinita in relationibus impossibilis est: quod est S. Thomæ argumentum.

Aliter ergo respondent negando processio in infinitum; veniendum enim esse ad relationem, quæ se ipsam denominet, v. g. ad similitudinem, quæ se ipsa sit similis, vel ad distinctionem, quæ se ipsa sit distincta. Sed non vident has relationes, saltim indiuidualiter, posse comparari inter se se varijs, & nouis appellationibus, quas ipsæ non capiunt, nisi per nouas relationes, vt probatum est: nam paternitati aduenit similitudo, similitudini oppositio, oppositioni distinctio; & ipsi oppositioni alia similitudo, & similitudini alia oppositio: & cum relationibus diuersis alijs dissimilitudines, oppositio-

nes, distinctiones; & rursùm nouæ similitudines in oppositionibus fundatæ. Quis ergo finis? Dicēs post vnā similitudinem non aduenire aliā, neque post vnā oppositionem, aliam. Sed responsionē facile infirmabimus: nam postquam in duabus paternitatibus ponis similitudinē; similitudo illa est relatio fundatæ oppositionem; oppositio autē ita est similis alteri oppositioni, vt paternitas paternitati; ergo fundat nouam similitudinē. Quod fundet similitudinē non est dubium: quod verò fundet aliā apertissimè ostenditur; neque enim fundat similitudinē antecedentē; ergo nouam consequentē, neque enim eadē est similitudo paternitatis cum paternitate, quæ est oppositio nis cum oppositione. Et confirmatur, quia hæc oppositiones sunt similes; & non similitudine, in qua fundantur; aliās essent relatæ formalitèr per fundamentum, quod non potest intelligi: ergo noua quadam similitudine sūt similes. Aut est igitur eundem nobis in infinitum; aut sistendum in primis relationibus realibus, quas non sequitur reales relationes, sed rationis, vt docuimus. Merito igitur S. Thom. ubi persuasit relationes reales non fundari in relationibus, sed in absolutis.

Ex quo theoremate colligitur, non solum relationes similitudinis, & æqualitatis inter diuinas personas, esse rationis, quia fundantur in vno fundamento, scilicet in natura eadē; sed simul cum istis relationes etiam distinctionis, & oppositionis esse rationis, quia fundantur in relationibus diuinis. Et mirum est, quod quidam existimant has relationes distinctionis, & oppositionis in Deo esse reales, ita firmiter, vt quasi doctrinam Orthodoxam tueantur: cum tamē S. Thom. q. 42. planè doceat eas esse relationes rationis. Falluntur autem ambigua nominis acceptione; nam cum inter diuinas personas sit oppositio realis, & realis distinctio, putauerunt eas esse relationes reales; non considerantes inter personas diuinas interesse realem similitudinē, & æqualitatem; cum tamen hæc relationes non sint reales: realis enim similitudo dicitur, non quia sit relatio realis, sed quia sit similitudo fundata in re. Et eodem modo dicitur realis oppositio, etsi non sit realis relatio.

Ita quidē S. Thom. has omnes relationes de numero relationum realiū

MMm excludit

Ad refutationem responsio.
Impugnatur.
Si inter duas paternitates sunt duæ relationes reales similitudinis, in his sunt relationes reales oppositionis quæ fundat alias similitudines: non verò eadē antecedentes.
Confirmatur impugnatio.

13.
Fundamentum sic approbatum probat sententiam in rit. assertam.

Oposita sent. firmiter tenet
Bañ. ad 1. p.

Aduersatur
S. Thomæ.
Fallitur ambiguitate nominis.

Realis similitudo dicitur non quia sit relatio realis, sed quia fundata in re, vt c. 23. n. 14.

14.

Aliud fund. firmans sententias in utraque parte huius capituli assertas de omnibus relationibus equiparantur.

In personis diuinis relatio similitudinis si realis est, vna est, sicut relatio spirationis eum in ea personae non opponantur origine.

Confirm. Ea quae sunt eiusdem rationis, non possunt in Deo multa inueniri re ipsa. Ratio.

15. De relationibus diuini. Illae quae sunt diuersi ordinis non sunt in Deo reales. Probatur. Item nec illae quae fundantur in numero, de quibus cap. 22. p. 1. n. 5. Alias Filius, & Spir. Sanctus esset res vna relatiua, & incōmunicabilis, v. c. relatio dupli in binario. Corollar. Solae relationes quae fundantur in origine sunt in Deo reales. Ratio firma,

excludit iuxta praescita dialectica. Sed A alia quoque est ratio firmissima, quoad omnes relationes equiparantur, siue in vnitatem, siue in numero fundentur, quae probatur eas relationes in Deo non esse reales: cum enim haec relationes sint similes appellationis, in utroque extremo est relatio eiusdem speciei, ut in duobus similibus sunt duae similitudines; sed in duabus personis diuinis non possunt esse duae similitudines, quae sunt duae res distinctae. Probatur, quia personae diuinae in relatione similitudinis non opponuntur origine; ergo sicut est eadem relatio spiratoris in Patre, & Filio, quia in ea non opponuntur origine; ita esset eadem similitudinis relatio: relationes autem reales sunt oppositae, & re ipsa distinctae. Cum igitur in duabus personis diuinis nequeant inueniri duae relationes similitudinis distinctae re ipsa, sed sola ratione duntaxat; constat eas esse relationes rationis. Et confirmatur, quoniam ea, quae sunt eiusdem rationis, non possunt in Deo multa inueniri; quia essent multa solo numero distincta non penes formam, sed penes materiam. Quod argumentum S. Thomae alias tractauimus; ergo in diuinis personis non sunt plures similitudines solo numero distinctae. Videnda erunt, quae dicemus de vnitatem relationis spiratoris hoc lib. 3. & 4. eadem enim probationes euidenter ostendunt non esse in diuinis personis tres similitudines incommunicabiles, quasi res tres: relationes autem reales oppositae, necesse est omnino, ut sint res distinctae.

Relationes vero disquiparantur, vel sunt inter extrema non eiusdem ordinis, vel mensurabilis; quae in Deo non sunt, quia vna persona non est mensura alterius: vel sunt in origine fundatae, quas confitemur esse reales: vel etiam fundantur in numero, ut subduplum, & duplum; sed neque haec relationes in Deo sunt reales; nam si relatio dupli in binario, quo numeramus Filium, & Spiritum Sanctum, esset realis, esset res vna relatiua, & incōmunicabilis: ergo Filius, & Spiritus Sanctus esset res vna relatiua, & incōmunicabilis, quod est hereticum. Et huiusmodi plura alia argumenta occurrent. Solae ergo relationes originis reales sunt in Deo, quia ex duntaxat sunt res distinctae, & incōmunicabiles. Et haec est firmissima ratio contra Scotum.

Confirmatio.

Q Vòd istae relationes distinctionis, & oppositionis non sint reales, censent cum S. Thom. in 1. d. 31. q. 2. art. 1. Durand. Aegidius, Paul. Sonc. Thom. Argent. Hispalens. Henric. Gandau. ar. 7. q. 1. Vide Franciscum Ferrar. 4. contra gent. cap. 1. & Petrum Fonseca 4. Metaph. cap. 2. q. 7. sect. 9.

C A P V T XXIII.

Argumenta refelluntur.

C O ntra doctrinam S. Thomae, quae est comunis, occurrit Ioan. Scot. in 1. d. 31. q. 1. & in quodlib. q. 6. & Marsil. q. 33. ar. 2. affirmantque relationes similitudinis, & aequalitatis in Deo esse reales. Probatur, quia teste S. Aug. 6. de Trinit. cap. vltim. prima aequalitas, & prima similitudo est in Filio; cum ergo aequalitas in rebus creatis sit relatio realis, prima aequalitas maxime erit realis.

Et idem probatur ratione, quia duae magnitudines quod magis accedunt ad vnitatem, eò perfectiorem aequalitatem fundant: ergo eadem magnitudo, quae est in personis diuinis, maxime fundat aequalitatem. Et confirmatur, quoniam Ecclesia decantat adorari aequalitatem; sed non adoratur relatio rationis; ergo aequalitas est relatio realis.

Secundo: Aequalitas conuenit diuinis personis ex ipsa natura Deitatis, & non per considerationem intellectus; ergo est realis relatio. Confirmatur, quia docente S. Aug. 3. contra Maxim. c. 14. Filius generatione ipsa est aequalis Patri. Sic enim (inquit) *ideo non est Pater maior, quia aequalis eugennit.* Quae autem à natiuitate habemus, sunt res naturales, & vera entia; ergo aequalitatis est realis relatio.

Tertio: Aequalitas est perfectio simpliciter, ait enim S. August. de quantitate animae cap. 9. *Inaqualitati aequalitatem praepoimus:* nulla autem perfectio simpliciter in Deo desideratur; ergo aequalitas est realis relatio in Deo, neque enim relatio rationis perfectio est, cum non sit ens.

Quarto: Si in personis diuinis esset inaequalitas, illa esset realis relatio: ergo & aequalitas est realis relatio: eadem enim ratio oppositorum est.

Quinto: Si idem candor esset in duobus subiectis, illa essent similia reali relatione

16. S. Thom. Durand. Aegid. Soncin. Argent. Hispal. Gandau. Ferrar. Fonseca.

1. Contra 1. sept. in tit. assertam cap. 22. p. 1. n. 1. Scotus. Marsil.

1. arg. Locus S. August.

2. Ratio.

Confirm.

2. arg.

Confirm. ex S. August.

3. arg. Idem.

4. arg.

5. arg.

latione similitudinis; ergo similitudo personarum, quæ fundatur in vna essentia, est etiam realis relatio.

Sextò: Inter diuinas personas est realis oppositio, & distinctio; sed oppositio, & distinctio sunt quædam relationes; ergo saltem de ijs necesse est concedere, quòd sint reales relationes.

Vltimò: Rationes S. Thomæ inefficaces videntur esse; nam quòd fundamentum debeat esse re ipsa distinctum, negant omnes Doctores, qui existimant diuinas relationes personales fundari in essentia; aiunt enim fundamentum esse vnum, & relationes fundatas esse reales, vt fides docet: & hoc ipsum probatur, nam in processione creata formale principium, & terminus formalis re ipsa distinguuntur; & in processione diuina sunt vnum: ergo etiam in relationibus creatis fundamenta sint distincta, potest esse in relationibus diuinis fundamentum idem. Quòd verò S. Tho. ait relationem reale non fundari in alia relatione, infirmitur etiam, eò quòd relationes diuinæ fundatæ in origine, vt S. Doctor ait, sanè in relatione fundantur; origo enim nihil aliud est, quam relatio. Præterea S. Thom. loco commemorato ait, relationes non referri per alias relationes reales, quod videtur falsum esse, quia Pater, & Filius, quæ sunt personæ ex intima ratione relatæ, referuntur per relationem spiratoris reale; ergo possunt quoque referri per relationem reale similitudinis. Hoc idem probatur, quia duæ paternitates sunt non minus similes, quam duæ albedines; & Arithmetici relationem proportionalitatis fundant in relationibus proportionum; ergo relatio realis potest fundari in alia.

Aduertenda.

Sunt quidam, qui assentiantur conclusioni S. Thomæ, quæ est etiam à Magistro in sententijs asserta, rationem autem S. Thomæ non probent. Et Durandus, qui censet relationes personales fundari in natura eadè, simul affirmat similitudinem inter diuinas personas non esse relationem realem, aliam ob causam; notat enim discrimen inter has similitudinis, aut æqualitatis relationes, & alias relationes personales; nam personales ait fundari in essentia, vt fecunda est; natura autem vt fecunda est, exigat personas plures, quæ sunt extrema earum relationum. At verò similitudo fundatur in vnitatem naturæ, &

A idcirco fundamentum hoc non affert distinctionem extremorum; quamobrem relatio hæc non est realis. Sed Durandus, nihil aliud in his agit, quam vt cõcutiat firma, & infirma supponat. Qui enim aiunt similitudinem esse relationem realem in Deo, affirmant eam fundari per se in vnitatem essentiæ, quæ sit in pluribus suppositis, sicut si vnus candor esset in pluribus subiectis; ita vt vna essentia non sit fundamentum relationum realium, nisi quatenus est in personis pluribus, quæ pluribus relationibus possint inter se referri. Eadem ergo ratione, quæ Durandus ait relationes personales fundatas in essentia vna, existente tamen in tribus suppositis esse reales, confiteri cogitur relationes similitudinis, & æqualitatis esse reales: quia essentia vt sit fundamentum harum relationum, accipitur non solum, vt essentia vna, sed vt vna essentia plurium personarum.

B Alij verò diuersam rationem offerunt, eiusdem sententiæ, quam probamus, quia scilicet relationes personales afferunt secum ipsa supposita, quia sunt primæ relationes subsistentes, ideòque sunt reales: similitudo verò & æqualitas adueniunt personis existentibus, ideòque sunt relationes rationis. Sed contra hoc in expedito est argumentum, nam relatio spiratoris non affert suppositum, sed aduenit existenti supposito nostro modo intelligendi, & tamen est realis relatio. Nonnulli dicunt has relationes in Deo non esse reales, quia sunt reule, siue res paræ, quæ nihil faciunt ad diuinam perfectionem. Responsio hæc ridicula est, Philosophi enim interest rationes rerum indagare; & non ad libitum loqui: si enim hæc relationes id rei quod habent in rebus creatis, in Deo etiam obtinent, non est negandum esse res; cum enim nihil in eis imperfectionis sit, non idcirco sunt reiiciendæ à rebus diuinis, quia in nobis minimæ sunt; in Deo enim nihil est minus, cum omnia sint ipsa essentia diuina. Censet ergo rationem S. Thomæ minuere, dum nullam afferunt meliorem: nam etsi ea ratio quæ attulimus firmior sit, quòd solæ personales relationes sint res distinctæ, est tamen argumentum hoc à posteriori; & id quod S. Tho. affert, à priori est; & optimæ quædam analogia à rebus creatis depròpta, quòd scilicet fundamenta relationum realium oporteat esse res distinctas.

Improbatur.

Essentia accepta vt vna, sed in tribus personis existens, affert distinctionem extremorum, si illam affert natura fecunda ad fundandas relationes personales.

10. Pro eadè sent. fund. quorundam:

Refellit. Relatio spiratoris aduenit, supposito existenti.

Fund. aliorum

Refutatur.

Si relationes similitudinis, & æqualitatis id rei quod habent in rebus creatis, in Deo etiam obtinent, non est negandum esse res.

Fundam. de quo cap. 22. p. 2. n. 14. est firmius, sed à posteriori.

Fundamentum S. Thomæ, de quo cap. 22. p. 1. n. 2. est à priori.

7. 6. argum. contra sentent. in tit. assertam cap. 22. p. 2. n. 1

8. Vltimum, impugnans fundamenta tradita cap. 22. Fundam. traditi p. 1. n. 6. 1. impugnatio opponens auctores cuiusdam opinionis affinis. 2. impugnatio ex ratione.

Fundam. traditi p. 2. n. 1. 1. impugnatio 2. impugnatio

3. impugnatio

9. 1. aduert. Pro 2. sent. S. Thom. in tit. asserta c. 22. p. 1. n. 2. Fundamentum Durandi, quòd essentia vt vna, non affert distinctionem extremorum, ad fundandam similitudinem, & æqualitatem.

11.
2. aduert.
Inter Thomistas
questio: Vtrum
in vno candore
possint fundari
relationes plures?
Pars neg.
Statuitur 1.
in opinione
relationem non
distinguitur re
ipsa a fundamēto.

Statuitur 2.
in opinione
opposita.

12.
In hac opinio
ne difficultas.

Responso.
Ab vno agente
egreditur duplex
actio ratiōnis
ad duo subiecta.
At ab vno funda
mento oritur
naturali con
sequētia vna
relatio in ipso
manens, vt in
subiecto.

Pro parte neg.
Caiet.
Capreol.

Pro affirmate
Torres.

Deinde verò inter Thomistas est disputatio, vtrumne existente vno candore in duobus subiectis, illa essent similia relatione reali similitudinis? Profectò qui credunt relationem nò distingui re ipsa à fundamēto, manifestò conuincuntur, quòd similitudo fundata in candore vno non sit realis; quia oportet esse duas relationes oppositas reali distinctione discretas: ergo illæ relationes essent simpliciter duæ, & essent res vna scilicet idem candor, quod in rebus creatis accidere est impossibile. Singulare est in Trinitate incomprehensibili, quòd res tres sunt res vna, propter simplicitatem primi entis. Nos igitur qui opinamur relationes oppositas esse res simpliciter distinctas, & distingui simpliciter relationem à fundamēto; concedimus quod est consequens, in vno candore non fundari duas relationes reales similitudinis, sed eas esse relationes rationis.

Si verò sentias relationem esse re distinctam à fundamēto, maius est dubiū in questione proposita; videtur enim quòd sicut ab eodem agente in duobus subiectis dimanat duplex operatio; ita ab eodem fundamēto, candore scilicet eodem, possint oriri duæ relationes simpliciter distinctæ in duobus subiectis. Sed dicendum est disparem esse rationē; ab agente enim actio exiēs, quæ est actio transiens, determinatur à subiecto: à fundamēto autem oritur relatio absque actione; sed quasi naturali consequētia; & relatio non est quasi egrediens à fundamēto, sed quasi manens in illo, etiā si ab ea dicatur res esse distincta: fundamēto est enim quasi subiectum relationis. Videtur ergo impossibile quòd ab vno candore, qui æquè est in duobus subiectis, emanet duplex relatio, altera huic soli inhærens, & altera illi soli; cum idem fundamēto vtrique insit. Præter hæc autem sunt rationes aliæ cōmunes, quibus probabimus relationem realem vindicare sibi fundamēto distinctū. Quare Tho. Caiet. q. 42. ar. 1. & Ioan. Cap. d. 31. q. 1. ad argumēta Aureoli, & alij Thomistæ meritò opinantur, in ea hypothesis in vno candore nò posse fundari relationem realem similitudinis. Bartholom. Torres existimat in vno candore posse fundari relationes plures; quia corpora illa candida essēt distincta: quod satis fore ait vt similitudines in corporibus in-

A hæretes essent distinctæ. Sed nò est causa cur deserat cōmune proloquiū, quòd ex fundamēto vno non sequatur relationes reales; quia fundamēto est adæquata causa relationis, & quasi subiectū illius. Respicienda ergo est vnitas in candore, quod est fundamēto, & quasi subiectum proximum; non verò multitudo eorum corporum, quæ sunt subiecta candoris quasi remora. Eadē ergo ratio est de similitudine fundata in vno candore, & in vna essentia diuina.

B Quidam aduertunt vnum candorem in duobus corporibus distinctis vnionibus siue coniunctionibus inesse, & esse modos quosdā ex natura rei distinctos, quibus candor vnus cōiungeretur duobus subiectis, vt lib. 1. docuim⁹, vel etiā personis diuinis vnā humanitatē cōiungendam duabus vnionibus; & in istis vnionibus, siue modis realib⁹ entis, aiūt posse fundari relationes oppositas re ipsa distinctas. Sed cum ea vnio non sit fundamēto similitudinis, quod est ipse candor; & fundamēto sit quasi subiectum & adæquata causa, maximè verò quia fundamēto oportet esse simpliciter distincta, nò solum modalitèr, vt docuim⁹: in vno candore aimus nò posse fundari relationes reales oppositas; quare similitudinē in vno candore fundatā, esse mus nò esse relationē realem, sed rationis.

C Illud est etiā obseruandū lōgè diuersa significari, cum dicimus similitudinē esse realem, & relationem similitudinis esse realem, vt docuimus; dicimus enim inter diuinas personas esse realem similitudinē, quia fundamēto est reale: sed nullatenus esse relationem realem, quod aperte nos docuit S. Thom. 1. p. dum ait identitatem esse realem Patri ad se ipsum, sed non esse realem relationem, hoc est, eam relationē nò esse rem, sed esse rationis respectum: & idē affirmat q. 7. de potent. ar. 1. ad 3. Qua in re per inconsiderantiam impegerunt viri docti; qui oppositionem relatiuam, & distinctionem inter personas diuinas cū cernerent esse realem, quia re ipsa opponuntur & distinguuntur, vt fides docet, arbitrati sunt has relationes esse reales. Postremò notandum est quòd aliquid dicitur perfectum sicut & ens: & quia relationes rationis mente apprehendimus quasi entia, dicimus etiā perfectas; quemadmodum dicitur ratio perfecta generis

Negantis fundamēto in firmatis rationem oppositā;

13.
Partis affirmatæ explicatio quædam, Quòd in duobus corporibus vno candore candidis vniones distinctæ fundat relationes reales similitudinis.

Refutatur.
Non vnio, sed ipse candor est fundamēto, & causa adæquata similitudinis.

14.
3. aduert.
Aliud est similitudinē esse realem, aliud relationem similitudinis esse realem vt a. 22. p. 2. n. 3.
S. Thom.

Idem.

4. aduert.
Relatio rationis dicitur perfecta, sicut dicitur ens.

generis vel uniuoci; non quod in his sit perfectio realis, sed quia ipsa notio, siue conceptio mentis, quo apprehendimus genus aut uniuocum, absoluta est & perfecta; ita ut nihil desit generis, aut uniuoci intelligentiae: quod enim non est perfecte uniuocum, est analogum; perfecte autem uniuoco nihil deest ad rationem uniuoci. Hoc pacto similitudo inter diuinas personas perfectissima est; non solum pro fundamento quod est essentia, sed pro perfectione ipsa rationis formalis similitudinis; propria enim ratio relationis est etiam extra genus, ut S. Thom. docet, & inuenitur in relationibus rationis, ut explicauimus. Ratio autem similitudinis ut relatio est, aestimatur penes formae quantitatem; quare etsi ideò hæc similitudo non sit realis relatio, quia fundamenta non sunt distincta, ideò tamen est maior similitudo, quia est fundamentum idem: sicut relatio Domini in Deo non est realis, quia Deus est extra ordinem seruorum; ideò tamen est maximè Dominus, quia est extra seruorum ordinem.

Quod si obijcias inde sequi ut perfectio similitudinis amoueat illam à relationibus realibus, quod non videtur verosimile. Id omninò distinguendum est, non enim realis perfectio similitudinis hoc efficit; sed ea perfectio similitudinis, quæ est extra ens reale, quæ est perfectio notionis conceptæ, ut explicauimus.

Responsio.
Ad primum argumentum respondetur S. August. attribuere primam similitudinem, & æqualitatem Filio, ut imagini ex æquanti exemplar; de qua similitudine non loquimur, quia est disparitatis, siue dissimilis appellatio, & est relatio realis: imago enim in diuinis significat relationem reale. Conceditur tamen libenter, quod similitudo, siue æqualitas inter diuinas personas est summa primaque & maxima, quia est perfectissima, ut perfectum inuenitur etiam in relationibus rationis, ad sensum, quem explicauimus. Et hoc pacto, hæc similitudo est mensura exteriorum, scilicet mensura rationis. Ad confirmationem respondetur adorari æqualitatem, scilicet personas æquales, sicut nomē Domini significat relationem rationis.

A tionis, & tamen præceptum est, *Domini Deum tuum adorabis*, non relationem rationis, sed Deum qui est Dominus.

Ad secundum respondetur ambiguum esse illud pronunciatum, quod æqualitas conueniat personis ex ipsa natura Deitatis. Si enim præpositio, ex, notat habitudinem fundamenti, verum est quod ipsa natura est fundamentum istius relationis; & propter fundamentum dicitur personæ re ipsa æquales: si verò indicatur realis consequentia, & emanatio, ut hæc relatio re ipsa emanet à natura, aut sit res naturalis, hoc falsum est. Si verò August. loquitur de fundamento æqualitatis quod est magnitudo: idcirco enim Pater non est maior; quia genuit æqualem, hoc est, non minorem.

Ad tertium respondetur, quod perfectio simpliciter proprie dicitur ea, quæ est quidpiam reale: sed negationes etiã aliquæ dicuntur perfectiones, quia indicant naturam perfectam, ut immutabilitas, æternitas. Et ita inter ea quæ sunt plura, æqualitas præeminet, ut ait S. August. non quod ipsa relatio æqualitatis sit perfectio; sed relationis fundamentum est perfectum: negamus ergo minorem propositionem, quod æqualitas inter diuinas personas sit perfectio realis.

Ad quartum concedo antecedens, quod si personæ essent inæquales, relatio esset realis; quia inæqualitas affert fundamenta distincta, in quibus relatio realis esset: æqualitas autem postulat unitatē fundamenti; & idcirco ubi fundamenta non sunt distincta, inuenitur propria ratio æqualitatis, quæ tamen tunc est realis relatio. Quod verò obijcitur, eandem esse rationem oppositorum, facile refellitur; intelligendum enim est accommodatè, ut scilicet opponatur circa idem: quare oppositorum eadē est disciplina, sicut & ratio eadem circa quam opponuntur; & ita æquale & inæquale opponuntur in magnitudine. Non tamen inde sequitur, quod sicut inæqualitas in rebus omnibus est realis relatio, ita & æqualitas sit perpetuò realis relatio: quia æqualitas potest inueniri in Deo, in quo inæqualitas non potest inueniri; & eodē modo infinitum in Deo est, in quo tamē non est finitum. Bene tamen sequitur quod ipsa æqualitas in Deo, sit circa magnitudinē, circa quā est inæqualitas.

Luc. 4. n. 8.
Adoratur non relatio rationis, sed Deus qui est Dominus.

Ad 2. arg.
Hæc, æqualitas conuenit personis ex ipsa natura Deitatis, vera est, si ex, indicat fundamentum: falsa, si reale emanationem.

Ad confirm. ex S. August.

Ad 1. arg.
Respond. ex lib. 1. c. 29. n. 7.

Ad S. Aug.
Æqualitas inter diuinas personas non est perfectio.

Ad 4. arg.

Oppositorum eadē est ratio, intellige circa quam opponuntur.

Sic æqualitas & inæqualitas opponuntur circa magnitudinem. At in alijs, non eodem modo se habent.

Similitudo inter diuinas personas etiam ut relatio est, perfectissima est.

Ostenditur ex cap. 21. n. 3.

Ideò est maior quia est fundamentum idem.

Sic Deus maximè Dominus quia est extra ordinem seruorum.

Obiectio.

Responsio.

Perfectio relationis, v. c. similitudinis, quæ est extra ens reale, amouet illam à relationibus realibus.

Ad 1. arg.

Ad locum S. August.

Ad rationem.

Similitudo inter diuinas personas est mensura exteriorum, scilicet mensura rationis.

Ad confirm.

31. Ad 5. argum. respond. ex 2. aduers. Respond. 2. ex fund. de quo n. 10.

22. Ad 6. arg. respond. ex 3. aduert.

23. Ad ultimum, quoad fund. ex p. 1. Ad 1. impugn. ex auctoriis.

Non omnes ij negant hoc fundam.

Ad 2. impugn. ex ratione.

Distinctio in absolutis est imperfectio- nis indicium.

In relatis non sic.

In relationibus diuinis fundamenta sunt distincta, scil. ipse relationes cognite vt absolute.

Quoad fund. ex p. 2.

Ad 1. impug.

Relatio diuina fundatur in origine, ac si origo non esset relatio, quare falsum est absolute, quod fundetur in relatione.

Exempla.

24. Obiectio.

Ad quintū negatur antecedens, quòd in vno candore similitudo fundata esset realis relatio, vt diximus. Secundo respondetur, quòd esto in candore vno fundaretur relatio realis similitudinis, tamen similitudo in Deo non esset relatio realis similitudinis, propter aliam rationem; quia scilicet non essent duæ relationes reales oppositæ re ipsa distinctæ.

Ad sextum iam notauimus, distinctionem realem non dici eam, quæ est relatio realis; sed eam quæ est inter res distinctas, etiamsi sit relatio rationis.

Ad vltimum respondetur, quòd non omnes Doctores, qui aiunt relationes personales fundari in essentia, negant assertum S. Thom. quòd fundamenta oporteat esse distincta: sed existimant peculiare esse in relationibus personalibus, quòd fundetur in eadem essentia, vt in aduertendis obseruauimus; nos verò etiam eas relationes aiunt habere distincta fundamenta, scilicet origines, vt cap. sequenti videbimus. Ad argumentum verò respondetur, quòd distinctio in absolutis est imperfectionis indicium; & idcirco attribuiamus Deo processionem; cuius principium formale, & terminus formalis, quæ sunt absoluta, non sint res distinctæ: in relatis autem distinctio nulla imperfectio est; & idcirco ponimus in relationibus diuinis fundamenta distincta, quæ tamen non sunt res absolute, sed ipsa met relationes cognitæ vt absolute. Atque ita absolutissimam rationem diuinæ relationis cogitauit S. Thom. in qua & fundamenta essent distincta, & non esset distinctio in rebus absolutis, quia fundamentum est origo, quæ non est res absoluta. Ad alterum quod obijcitur S. Doctorem constituere fundamentum harum relationum, origines, quæ sunt ipsæ relationes; dicendum est quòd sicut Deus per intellectum intelligit, & non per voluntatem, sic perfecte, & inconfuse, quasi intellectus esset à voluntate distinctus: ita relatio diuina fundatur in origine, ac si origo non esset relatio; quare falsum est absolute ac simpliciter, quòd relatio personalis fundetur in relatione, sed in origine; sicut falsum est, quòd Pater generet relatione, sed potentia; aut quòd intelligat per voluntatem, sed per intellectum.

Sed contra hoc arguitur; sicut enim

A origo in Deo re ipsa est relatio, quæ cognita conceptu absoluto est fundamentum relationis realis: ita & persona diuina licet re ipsa sit relatio, cognita tamen conceptu absoluto, poterit fundare relationem realem distinctionis, & oppositionis. Ad hoc argumentum respondetur diuinas personas perfecte cognitæ etiam nostro modo intelligendi includere in suo conceptu relationes, vt libr. 4. dicemus; origo verò etiam perfecte cognita non includit in suo conceptu relationem: origo enim est quasi pars illius conceptus personæ; & relatio vt relatio, est pars altera. Persona verò includit in conceptu integro & perfecto originem & relationem: idcirco origo, quæ non includit relationem, fundat illam; persona autem, quæ includit relationem, non fundat aliam relationem. Et hæc est probabilis defensio illius argumentationis S. Thom. ostendentis relationem distinctionis personarum diuinarum non esse realem; quia fundatur in ipsis relationibus personalibus: quod argumentum est probabile, non demonstratiuum. Maioribus autem rationibus ostendimus iam eas relationes non esse reales.

C Ad id quod post hæc opponitur, quòd scilicet spirationis actiua relatio adueniat relatiuis Patri, & Filio; & tamen sit realis relatio. Respondendum est in relationibus creatis vnam relationem neque fundare aliã, neque referri per aliã, vt ait Auicena. 4. Metaph. c. 10. & vtrūque verum est in rebus diuinis, etiam nostro modo intelligendi: nam paternitas, & filiatio non referuntur relatione spiratoris, quia significantur vt relationes, quæ alijs relationibus non referuntur: sed neque spiratio fundatur in illis, vt perspicuum est. Sed tamen hoc est discrimen, quòd in rebus creatis id quod refertur, est re ipsa absolute; in Deo autem personæ quæ referuntur, non sunt re ipsa distinctæ absolute, sed relative, vt libr. 4. docebimus. Et ita nihil prohibet relatiuis, scilicet Patri & Filio, nostro modo intelligendi aduenire relationem realem spiratoris; quæ tamen eodem nostro modo intelligendi non aduenit illis: vt relatiua sunt, sed vt sunt personæ conceptu absolute cognitæ.

D Quòd si obijciat spirationem aduenire personis relative constitutis, sicut aduenit

Responso. Persona diuina in suo conceptu perfecto etiam nostro modo intelligendi includit originem, & relationem.

At origo etiam perfecte cognita non includit relationem, quare fundat illam.

Fund. ex p. 1. est probabile non demonstratiuum.

25.

Ad 2. impug.

Auicena. Etiam in Deo Paternitas, & Filiatio nõ referuntur relatione spiratoris, neque fundant illam.

In Deo personæ quæ referuntur, sunt re ipsa distinctæ absolute, sed relative, quæ distinctio inficit, vt realis relatio spiratoris eis adueniat, conceptu tamen absolute cognitæ.

26.

Obiect. inculcans impugnationem.

ponit eas fundari in primo actu notionali, de quo lib. 2. ca. 45. p. 1.

1. Confutatio 2. & 3. Sent. quod utraque ponat fundamentum relationum personalium essentialium, quae est una.

2. Confutatio 3. Sent. Actus notionalis primus non inuenitur in persona procedente.

4. Sententia Molinae ad 3. reuocabilis.

1. eius Assert. quod intelligere diuinum per se separatim cognitum sit fundamentum paternitatis.

2. Assert. quod idem intelligere in Patre constituto, siue ex parte Patris cognitum sit fundamentum filiationis.

Si illud intelligere in Patre significet Patrem intelligentem, Confutatur 1.

Confutatur 2.

milis, quod scilicet haec relationes fundantur in primo actu notionali, qui est operatio essentialis coniuncta cum origine. Sed utraque opinio in eo dissentire videtur a veritate, quod ponit fundamentum relationis personalis essentialis, quae est una: nam etsi potentia, & actus primus rationalis indicent in obliquo aliquid notionale, & distinctum, ut lib. 2. docuimus; tamen in recto & praecipue significant essentialiam, quae est una, & eadem; & non potest una & eadem res esse fundamentum duplicis realis relationis. At vero actus notionalis essentialis, & primus, non inuenitur in persona procedente, ut eodem libro commonstrauimus: quare in ea persona, quae procedit non potest id esse fundamentum relationis.

Ad hanc posteriorem opinionem de actu primo notionali potest reuocari noua quorundam sententia, qui aiunt paternitatem, & filiationem fundari in operatione intelligibili essentiali; spirationem vero actiuam, & passiuam fundari in operatione voluntatis. Et quoniam in operatione eadem intellectus non possunt fundari relationes diuersae appellationis absque aliquo discrimine, vel differentia fundamenti; dicunt operationem intellectus diuini per se separatim cognitam esse fundamentum paternitatis, quae pater constituitur eandem vero cognitam in Patre constituto fundare filiationem; hanc enim operationem sic cognitam appellant intelligere ex parte Patris, quod est ipsam intelligere in Patre. Quid autem significet ipsam intelligere in Patre, siue ex parte Patris, non explicant; & merito quidem silentio inuoluunt, quod explicare non valent.

Sed tamen explicationem ab illis libebit nobis exprimere; si enim hoc intelligere in Patre significet Patrem intelligentem, hoc esset dictum absurdissimum, quod scilicet Pater intelligens sit fundamentum filiationis: neque enim est intelligibile, quod una relatio, siue relatum ipsum fundet relationem realem sibi oppositam, cum relata sint simul naturata, & cognitione; causa autem, siue fundamentum, non est simul naturata, & cognitione cum ea relatione, quae ab his oritur. Praeterea fundamenta realis relationis existunt in ipsis relatis; intelligi

A ergo non potest, quod paternitas quae non est in persona Filij, sed est res distincta, & opposita, sit filiationis fundamentum. Quod si hoc intelligere in Patre non accipiatur sub formali ratione prout in Patre est, nihil iam nobis explicat quaestionis huius: idem enim intelligere quod est in Patre, non potest fundare filiationem, nisi sub diuersa aliqua ratione, & non eadem qua fundat paternitatem, ut dicebamus. Si autem hoc intelligere prout est in Patre significet quidem non Patrem, sed ipsum intelligere, prout in Patre est, siue ex parte Patris; haec ipsa adiecta, vel significant rationem formalem fundamenti, & ita in ratione formali fundamenti includitur paternitas, quod est iam impugnatum; vel significant saltem conditionem fundandi. At vero conditio haec fundandi, scilicet quod in altero extremo sit etiam suum fundamentum, in utroque extremo est necessaria, ut hoc lib. docuimus: quare non minus necessarium est ad fundandam filiationem, quod intelligere sit in Patre, quam ad fundandam paternitatem, ut intelligere sit in Filio: sicut etiam ad fundandam similitudinem in vno albo, necesse est, quod alteri extremo insit albedo.

Hac igitur conditio fundandi, etiam in relatis primi generis est necessaria: fundantur ergo paternitas, & filiatione in unitate actus intelligendi; & ita non sunt relationes reales, quae exigunt fundamenta distincta; & sunt relata aequiparantia, quae in unitate fundantur; quae consequentia sunt contraria fidei, & verae philosophiae. Quod si aliqua alia est conditio fundandi filiationem in actu intelligendi paterno, diuersa ab ea conditione, quae fundatur ipsa paternitas, profecto sine origine non potest explicari, cum Pater, & Filius solis differentijs ab origine petitis discernantur. His adde absque vlla ratione poni fundamentum paternitatis solum actum intelligendi essentialium; filiationis vero fundamentum actum essentialium cum paternitate coniunctum. Haec vero sententia alia plura inuoluit minus probabilia, de quibus lib. 4. disseremus.

Dicendum igitur relationes diuinas personales fundari in origine, siue processione: obseruandum enim est, fundamentum relationis non necessario nominari

Si accipiatur specificatiue, seu per se separatim.

Refellitur.

Si significet non Patrem, sed ipsum intelligere prout est in Patre, ita ut hoc paternitatem includens, sit ratio formalis fundamenti, Confutatur ut hoc nu. supra.

Si ita ut sit conditio fundandi, Refutatur.

Refutatur 2.

Ex eo quod paternitas, & filiatione fundentur in unitate actus intelligendi, sunt consequentia quaedam contraria fidei, & philosophiae.

Deo perit.

8.

5. Sententia asserta. Probatio. Fundamentum relationis non

neces nom cap. i At eff sa ad pro qu neces eaco ac pr disti tionu ctun

In I tia quat tern filia non stin tis. Ite not gen est ad pro ter

re Fi h t ta t

i n

necessario ab ea nominatur, vt cap. 12. p. 1. n. 4. At est eius causa adæquata, & proxima, & quasi subiectum necessario cum ea coniunctum, ac proinde sub distinctis relationibus distinctum.

In Deo essentia nõ est adæquata ratio paternitatis, aut filiationis: & non est res distincta in re-
 Item potentia notionalis, v. c. generandi, nõ est principium adæquatum, & proximum paternitatis.

Item non est res distincta a Filio.

Illatum: Solæ origines habent conditiones requisitas ad fundamentum.

Confirm. hoc Si generatio creata maneret in generante, illa profectò esset fundamentum paternitatis; quia esset causa proxima, & quasi subiectum relationis cui adheret ratio: sed quia generatio creata transit, & non est in generante, sed in genito; idcirco non est fundamentum relationis, scilicet paternitatis permanentis, & inherens genitori. Et magis adhuc explicatur; nam ratio procedentis in rebus creatis nõ fundatur in processione, sed in re producta per illam; quia fundatur in ea re, quam immediatè sequitur, & cui coheret: at verò inter processionem creatam, & relationem, media est res producta; & hoc est fundamentum relationis. In agente verò forma

Declaratur. In creatis ratio procedentis fundatur in ea re, quam immediatè sequitur; & cui necessario coheret, scilicet in re producta.

minari à relatione: nam humanitas quæ fundat paternitatē, non appellatur Pater. Est ergo fundamentum relationis causa illius adæquata, & proxima; & quasi subiectum illius necessario cum relatione coniunctum: vnde oportet esse distincta fundamenta quibus coherant relationes distinctæ. Quas leges fundandi relationes licitum est inductione colligere in omnibus re-
 Quas leges fundandi relationes licitum est inductione colligere in omnibus re-
 Quas leges fundandi relationes licitum est inductione colligere in omnibus re-

Antecedit actionem, & idè si actio esset in agente, illa esset fundamentum, quia esset causa proxima. Cum ergo origines diuinæ absque dubio sint rationes proximæ, quas relationes sequuntur; & sint in ipsis extremis relatis distinctæ, quibus relationes coherant; necesse est eas esse propria fundamenta istarum relationum: personæ enim non sunt fundamenta, sed sunt extrema relata; at verò præter personas, nulla alia res est distincta ante relationes, nisi origo: igitur origo est, quæ necessario fundat relationes personales.

B Quòd verò origines diuinæ re ipsa sint relationes, nihil obstat quin sint relationum fundamenta: sicut enim hæ relationes diuinæ conueniunt personis, quæ sunt ipsæ relationes subsistentes; ita fundantur in originibus, quæ sunt ipsæ relationes: & tam persona, quam origo distinguitur ratione formali à relatione; concipiturque, siue intelligitur non relatiuè, sed absolutè intelligentiæ, vt lib. 4. dicemus. Eadem ergo est difficultas quòd relationes diuinæ conueniant hypostasibus non absolutis, & quòd fundantur in rebus non absolutis, scilicet originibus, cognitæ tamen absoluto conceptu. Quare id quod ex S. August. recitari solet 7. de Trinit. quòd relata præter relationem aliquid ponant; scilicet aliquid absolutum; non magis probat fundamenta relationum esse absoluta, quam ipsas personas, quæ tamen sunt res relatiuæ non absolutæ. In Deo igitur satis est quòd personæ, & origines absoluto conceptu antecedant relationes nostro modo intelligendi: nam re ipsa persona, origo, & ratio idem omnino est; neq; vnum est fundamentum alterius, cum non sint re ipsa distincta; neque ibi sit realis causa fundandi: sed nostro modo intelligendi duntaxat fundamentum diuinæ relationis inuestigamus, non vt causam, sed vt rationem fundandi.

C Duo igitur sunt quæ videntur hoc loco aduertenda esse. Alterum est, quòd in rebus creatis reali emanatione sequuntur relationes fundamenta suâ, & dicuntur resultare, siue prosilire à fundamentis, ita vt fundamentum sit causa realis relationis, vt diximus: relationes autè diuinæ non emanant re ipsa à fundamentis, quia nullo modo re ipsa distinguuntur ab eis; sed fundamentum, & ratio omnino

D Satis est quòd personæ, & origines absoluto conceptu antecedant relationes nostro modo intelligendi. Re ipsa hæc omnia idè omnino iunt, neq; vnū est fundamentum alterius.

E Satis est quòd personæ, & origines absoluto conceptu antecedant relationes nostro modo intelligendi. Re ipsa hæc omnia idè omnino iunt, neq; vnū est fundamentum alterius.

Præter personas quæ sunt extrema relata, nulla alia res est distincta, nisi origo.

9. Obiectioni occurrunt.

Sicut relationes diuinæ conueniunt personis, quæ re ipsa sunt relationes subsistentes ita fundantur in originibus, quæ re ipsa sunt relationes.

S. August. nõ aduertatur.

Satis est quòd personæ, & origines absoluto conceptu antecedant relationes nostro modo intelligendi.

Re ipsa hæc omnia idè omnino iunt, neq; vnū est fundamentum alterius.

10. Aduert.

Relationes diuinæ non emanant re ipsa à fundamentis.

ninò

Potius dicuntur sequi fundamenta, vel hęc eas antecedere.

I. 1.
2. Aduert.

Relatio creata postulat sibi fundamentum absolutum, tum vt causam suam propter ipsum modum entis ad aliud. Quoad 1. de causa, Relatio increata, solum postulat fundamentum cognitum absolute conceptu, vt rationem proximam quam ipsa sequatur.

Origo etsi sit relatio, est vera operatio realis.

Quoad 2. de modo entis, Diuine personę sicut sunt per relationem ad aliud, ita sunt per essentiam ad se, imò sunt ipsum esse ad se.

I. 2.

Ex his patet ad relationem in comuni quęnā requirantur tã in hypostasi, quã in fundamento.

inò est res vna. Quare potius dicendū est has relationes sequi fundamenta ordine rationis, vel fundamenta antecedere, quã relationes emanare, aut proficere à fundamentis, vt castigatior sit loquutio.

Alterum est aduertendum, quòd relatio cum sit tota ad aliud, omninò necesse est quòd sequatur aliquid absolutum; nihil enim est quod duntaxat sit ad aliud, à se autem non sit. In relationibus autem creatis supposita sunt absoluta, natura absoluta, & fundamenta relationis absoluta, & ipsam naturam substantialem dicunt aliqui fundamentum remotum. Estimandum igitur est, quare potissimum relatio his absolutis adhareat; relatio enim creata postulat sibi absoluta, tum vt causam sui, relatio enim non est causa relationis realis: tum etiam propter ipsum modum entis, esse enim ad aliud est eius, qui etiã ad se est. Quòd ergo attinet ad causam, relatio diuina causam non habet; quare non est necesse vt fundamentum eius sit res absoluta, sed satis est vt origo cognita conceptu absoluto sit ratio proxima, quam sequitur relatio. Pręterquam quòd persona diuina etsi sit quid relatum, est tamen operationis realis principium; & origo eodem modo etsi sit relatio, est vera operatio realis; quid ergo mirum quòd sit relationis fundamentum? si verò modum entis speculemur, necesse est quòd esse ad aliud sit eius qui est ad se, quod diuinis personis maximè conuenit; nam sicut sunt per relationem ad aliud, ita sunt per essentiam ad se, imò sunt ipsum esse. Nihil ergo exigit relatio ex propria ratione formali tam in hypostasi, quã in fundamento, quod nō inueniatur in diuina persona, & origine. Ad hęc autem si animum intenderis, & dictis facile consenties, & non minùs facile argumenta confutabis.

Itaque etiam si ad relationes creatas supposita, & fundamenta sunt absoluta; ad relationem tamen in comuni id nō est necesse; sed necesse est vt supposita existant ad se, quod in diuinis confitendum est ratione essentię: est etiam necessarium, vt fundamenta relationis sint formę, aut operationes suppositi, relationem antecedentes, vt ratio proxima quam relatio sequatur. Quo pacto nullus poterit inficiari origines esse funda-

mentum relationum diuinarum, quas dicimus personales.

Confirmatio.

Quòd relationes personales fundentur in origine est sententia S. Thomę planissima 1. p. q. 28. art. 1. & clarior art. 4. vbi docet has relationes diuinas in actione fundari qua aliquid intra deitatem procedit. Et in 1. d. 26. q. 2. art. 1. ait eas fundari in communicatione nature, quę est diuina origo. Hoc idem affirmat clarissimè q. 8. de potentia art. 1. Quare & Thomas Caietanus, & Barthol. Torres q. 28. cum alijs eandem opinionem consequuntur.

CAPVT XXV.

Relationes personales sunt reales.

Missis relationibus ceteris quę rationis sunt in Deo, ad personales, & reales relationes diuinas sermo progreditur, de quibus est præcipuè liber hic Tertius; de ijs S. Thom. 1. p. q. 28. art. 1. & in 1. d. 26. q. 2. art. 1. & d. 33. art. 1. & 4. contra gent. c. 14. & de potentia q. 2. art. 6. & q. 8. art. 1. & opusc. 3. c. 53. Nomen autem relationis calumniantur hæretici Transyluani, quòd nō sit à literis sacris acceptum: est autem id nomen perantiquum, quod S. Greg. Nazianz. usurpauit in rebus diuinis, oratione 5. Theologa, & S. August. lib. 5. de Trinit. cap. 11. & in sacris literis tradita accipimus ipsa nomina relatiua Patris, & Filij. Quid enim Pater nisi relatum?

Quòd ergo relationes personales sint res quędam, & vera entia, ex diuinis monitis Catholica fide credimus. Quod probatur primò ratione Theologa ex prioribus: processiones namque diuine nō sunt rationis inuenta, sed reales processiones, vt lib. 2. docuimus: ergo relationes eę, quę in ijs processionibus fundantur, reales sunt ex secundo genere relatorum, scilicet eorum quę in actione, & passione fundantur: nulla enim relatio creata ita conspicuè cernitur, quã ea quę in actione transeunte fundatur; est enim agens ipsum destinatum ad aliud, scilicet ad agendum in subiecto externo, & in illa actione fundatur relatio, quę agens ad aliud refertur. Sunt autem

13.

S. Thom.

Caiet.
Torres.

S. Thom.

Contra Transyluanos, nomen relationis, cõmendatur 1. vt perantiquum. S. Nazianz. S. August. Cõmendatur 2. vt in literis Sacris traditum.

Assertio tit. de fide certa. 1. Ratio Theologa, ex lib. 2. cap. 8.

Item ex cap. precedente.

autē in his relationibus diuinis omnia ea quæ ad reales relationes coire necesse est, vt quod relata sint distincta, quod fundamenta quoque distincta, & realia sint, & quod non sint fundamenta vt sic ipsæ relationes. Quæ singula sunt capite anteriori explicata.

3. Ratio firmior S. Thomæ.

Alia est ratio firmior, qua etiam S. Thomas vtitur cōmonstrans, quod sint hæ relationes reales: nam diuinæ personæ sunt res distinctæ, vt lib. 1. probatum est; distinguuntur autem à relationibus, vt lib. 4. erit quoque probandū. Ex quibus præmissis Catholica fide asserendis, colligitur veritas Catholica, quod hæ relationes reales sint: si enim personis essentia est communis, & sola relatio est propria, quæ personas distinguit, non esset distinctio realis, nisi relatio quæ distinguit, realis esset. Vnde ortum est acceptissimum theorema in Ecclesia Dei, quod omnia in Deo sunt vnū, nisi occurrat oppositio relationū. Sabellius igitur, qui personas diuinas sola ratione, & cogitatione distinguebat, discernerebat illas per relationes rationis, vt Deus dicatur Pater quatenus genuit hominem Christum; & idem Deus Pater dicatur Filius, quatenus est homo genitus: ita vt Paternitas, & Filiatio in Deo non sint res duæ, sed solæ relationes rationis, nomine tenus acceptæ ab effectu, scilicet ab humanitate genita. Est igitur contra Sabellium secundum fidem Catholicam asserendum, has relationes esse res distinctas, quibus personæ distinguantur reali distinctione. Cōfirmatur, quia Pater omnia dedit Filio præter Paternitatem, vt definit Cōcilium Florentinum. Si autem Paternitas non est res aliqua, nihil omnino est in Patre quod Filio non dederit; dedit ergo ipsam personam; & ita persona Filij erit persona Patris, quod est hæreticum.

Nō esset distinctior realis inter personas, nisi relatio quæ distinguit, realis esset.

S. Anselmi Theorema in Ecclesia acceptissimū, de quo lib. 2. c. 43. n. 18.

Sabell. hæresis relationes personales esse solas relationes rationis.

Contra eam assertio tituli.

Confirm.

Pater omnia dedit Filio præter paternitatē. Conc. Florēt.

4. Dicitū Greg. scil. nullam entitatē esse in Patre, quæ non sit in Filio. Improbatur.

Pro Gregor. 1. explicatio.

Quare per ignorantiam vocis, vt videtur, errat Greg. Arimin. in 1. d. 26. & 27. q. vnica, dum asserit nullam entitatē esse in Patre, quæ non sit in Filio. Vel enim dicendum erit Paternitatem non esse entitatem realem (quod est hæreticum) vel (quod æquè impium est) Paternitatem esse in Filio, vt confundantur personæ. Greg. verò forsan id negat, quia sicut non concedimus Patrem, & Filium esse duo entia, quia ens significat essentiam, & non sunt duæ essentiæ;

A ita entitatem quasi nomen abstractum ab ente, putauit forsan significare essentiam: cum tamen in vsu Theologorum sit, vt entitas, & res pro eodem accipiatur. Siue etiam (quod magis crediderim) quia negabat proprietates nominibus abstractis significatas, solā essentiam concedebat esse in Patre, Paternitatem autem non esse in Patre, sed esse Patrem: hoc tamen à doctrina Orthodoxa abhorret, vt lib. 4. docebimus. In quo etiam sensu erratum esset in fide, si quis diceret nullam entitatē esse in Patre, quæ non sit in Filio, quia paternitas nō sit in Patre. Sunt ergo relationes ipsæ nominibus abstractis significatæ, veræ entitates, & res distinctæ.

B Duo tamen sunt à Boetio dicta, quibus explicatio opus est. Primū est quod ait in lib. de Trinit. ad aliud omnino non prædicari de Deo; eius hæc sunt verba. *Cuncta quæ in diuinam prædicationem veniunt, mutantur in substantiam; ad aliquid verò omnino non prædicatur.* S. Thom. d. 26. interpretatur Boetium quod ad aliquid sub hac ratione nihil reale affert, benè tamen hoc ad aliud in specie, cum relatio est realis. quem eundem cōmentarium habet Ioannes Capreol. in 1. d. 33. vbi ait relationes diuinas secundum esse relationis non esse entia realia, scilicet secundum esse cōmunitissimum, quod relationes etiam rationis continet: nam si relatio, vt relatio, esset realis, omnis relatio esset realis, & nulla esset relatio rationis, quod falsum est: sed secundum esse relationis talis, scilicet diuinæ, non negauit Capreolus illas esse entia realia, quod esset hæreticum. Videtur etiam dicendum, quod Boetius loquebatur de ijs, quæ conueniunt essentia diuinæ non considerando personas, vt scientia in Deo est substantia, magnitudo substantia est, & sic de cæteris. Ad aliquid autem non est in Deo, hoc est, relatio ipsius Dei ad creaturas, non est in Deo; quia non est in natura diuina, sed in intellectu. Vel etiam censet, quod genus ad aliquid, quod continet relationes inhærentes, non prædicatur in Deo. Aliàs tamen ipse Boetius personas diuinas relationibus distinguit, dum ait, omnia esse vnum. &c.

C Deinde verò alio in loco ait idē Boetius relationes personales similes esse illis quibus aliquid refertur ad se ipsam; quæ

Refellitur. Entitas, & res pro eodem accipiuntur à Theologis. 2. Explicatio magis germana. Reijcitur vt ab horrens à fide. 5. Duodicta Boetij explicantur. 1. Dicitum, scilicet ad aliud omnino non prædicari de Deo. 1. Explicatio S. Thomæ. elucidanda ex cap. 3. num. 12. Eadem est Capreoli. 2. Explicatio.

D Scil. relationes personales similes esse illis quibus aliquid refertur ad se ipsam; quæ

3. Explicatio. 6. Dicitum Boetij, scil. relationes personales similes esse illis quibus aliquid refertur ad se ipsam; quæ

Aristot.
 Explicatio
S. Thomae.
 In essentia di-
 uinâ identitas,
 similitudo, &
 æqualitas fun-
 dantur: In ea-
 dē paternitas,
 & filiatio sub-
 sistunt.
 Vitanda hære-
 sis Sabellij.

7.
 Noua opinio
Soar. in Met.
 q. 47. sect. 1. ad
 finem, permit-
 tentis relatio-
 nes diuinas di-
 ci transcendētes.

8.
 Refutatur 1.
 ob nouitatem.

Relationes trā-
 scendētes sunt
 res absolutæ.

Confirm.
 Refutatio.

Non sunt rela-
 tiones quarum
 id quod est ad
 aliud est.

Dicere diuinas
 personas esse
 res absolutas,
 est hæreticum.
 Refutatur 2.

quæ sanè est relatio identitatis eiusdem ad se, eaque non realis est, sed rationis relatio, vt docet Aristot. 5. Metaphisic. Respondet S. Thomas d. 26. q. 2. art. 1. ad 2. in relatione identitatis essentiam esse fundamentum relationis, & quia eadem essentia communicatur à Patre quæ est in Filio; quoad hoc, est aliqua similitudo paternitatis comparatæ cum identitatis relatione: ita tamen vt extrema sint distincta, ne quis dicat cum Sabellio paternitatem esse relationem eiusdem ad se ipsum, qualis est relatio identitatis Petri ad se. Nos verò posuimus inter personas diuinas relationem identitatis in essentia, sicut relationem similitudinis, & æqualitatis: quibus relationibus assimilatur paternitas, & filiatio diuina in natura eadem; cum Pater, & Filius in natura eadē subsistant.

Sed maior consurgit hoc loco controuersia, nouitate opinionis quorundam permittentium relationes diuinas posse existimari quasi transcendentes inclusas intimè in cōceptu talis entis, scilicet personæ diuinæ; quare nō duci inde euidens argumentum relationū creatarum, quas in genere collocamus.

Est verò grauissimè ferendum, quòd in rebus diuinis, & religione plenissimis, nouæ in scholas opiniones inuehantur; quibus hoc satis subest periculi, nēpè nouitas. Relationes transcendentes quotquot hætenus tractarunt, res absolutas dixere, quibus intimæ sint ipsæ relationes. Huic autem doctrinæ consequens est, vt personas diuinas dicamus esse res absolutas, quod est dogma fidei dissentaneum, vt lib. 4. docebimus.

Et confirmatur, quia relationes, quas aiunt transcendentes, sunt rei cuiuspiã absolutæ, scilicet scientiæ ad rem scitã, aut potentiæ ad actum, aut agentis ad passum. Itaque non sunt eæ relationes ab Aristotele definitæ, quarum id quod est, ad aliud est: ergo Pater, & Filius eodem modo comparantur inter se secundum aliquid absolutum, videlicet vt potentia cum actu, aut simile quid: sicut quidam hæretici posuere esse potentias, non personas, quod lib. 4. disputabimus; sunt ergo diuinæ personæ res absolutæ, quod est hæreticum. Præterea si diuina Paternitas est relatio quasi transcendēs, non conuenit in conceptu analogo cum paternitate creatâ, quæ non est relatio

transcendens: æquiuocè ergo dicitur Pater; quod consequens confessioni fidei contrarium est: scimus enim Deum Patrem esse Patrem verum, & generantem; non æquiuocè: aliàs hoc nomine Patris non generantem, sed aliud quid intelligeremus, contra definitionem Patrum, & Conciliorum. Dices posse concedi nullam esse paternitatem in genere, sed omnes esse relationes transcendentes; & ita eodem conceptu analogo paternitatem creatam, & increatã conuenire. Sed certè in rebus ad fidem Catholicam attinētibus philosophica fundamenta conuellere, esset extremæ temeritatis, & dementia: nutaret enim tota Theologica disputatio labente fundamento à quo pendet. Cum ergo Patres omnes qui de relationibus disputant diuinis; illas solas relationes creatas norint, quæ sunt in genere; & his ponant similes relationes diuinas: omnino censeo non esse permittendum, vt relationes diuinæ existimentur transcendentes; & dissentire hoc credo à sincera doctrina Theologica: præterquam quòd supra docuimus nullas esse relationes transcendentes.

Itaque ex præscriptis Ecclesiæ dicendum est, tres personas diuinas esse tres res relatiuas, & non esse tres res absolutas: quomodo autem tres res non absolutæ dicantur tres relationes transcendentes, profectò nullus explicabit: necesse est enim vt cum Aristot. dicamus esse tres res, quarum id quod sunt ad aliud est; ita vt sint puri respectus, & puri termini relatiui; & nullo modo relationes transcendentes. Abstinemus autem ab omni censura istius opinionis, quoniam in animum induximus iure æquissimo; nouas opiniones nostræ ætatis nullã notã inurere.

Confirmatio.

Patrum disputationes legenti perspicuum erit, eos de relationibus diuinis ita sensisse, licet nomine proprietatum frequentius eas vsurpent. Quare est illis inexpugnabile argumentum, Filium Patri cœternum esse, eò quod sine Filio Pater non sit, quod est proprium relatorum. Quòd si Pater factus esset in tempore, Deus mutaretur. Planissimè enim haud dubium Patres intelligebat, paterni-

Deus Pater est pater verus, & generans, non æquiuocè, iuxta fidem.

Responsio,

Improbatur vt in rebus fidei, philosophica fundamenta conuellens.

Patres non agnouerunt paternitatem creatã transcendētē, quæ scilicet nō sit in genere.

Personæ diuinæ sūt puri respectus, & puri termini relatiui, & nullo modo relationes transcendētes. Notandum.

10.

S. Dionys.
S. Athanas.

Nazianz.
S. Basil.
S. Cyrillus.
S. August.
S. Ambr.
S. Bernard.

Nazianz.
dicitur primus
appellasse pro-
prietates per-
sonales nomi-
ne relationis.
Coc. Tol. 11.
Coc. Florët.
maximè cū de
finitur theore-
ma Anselmi.
Conc. Later.
Coc. Tol. 11.
Coc. Constā.
Coc. Florët.

paternitatem esse rem diuinam, cuius accessione Deus mutaretur. Videndus est de hac re S. Dyonis. cap. 1. de diuinis nominibus, S. Athan. in oratione 2. & 4. contra Arianos, & in dialogo de Trinitate. contra Anomæos pag. 664. S. Gregor. Nazianzen. oratione 1. & 4. Theolog. S. Basilus serm. de fide, & lib. 1. & 2. contra Eunomium. S. Cyrillus lib. 7 Theauri, cap. 1. S. August. lib. 5. de Trinitate. cap. 3. & 5. S. Ambrosius. S. Bernardus, & alij. Dicitur autem S. Greg. Nazianz. primus appellasse proprietates personales nomine relationis; quod idem nomen inuenitur in Concilio Tolet. 11. & in Florent. maximè cum definitur, omnia in diuinis esse vnum, vbi non obuiat relationis oppositio; esseque has relationes in Deo verè existētes, definitum est in Concilio Lateran. cap. Firmiter, & in Concilio Tolet. 11. in confessione fidei, & in Constantinop. 3. in Epist. Sophonij, quæ approbatur act. 13. & legitur act. 11. & in Concilio Florent. sect. 18.

CAPVT XXVI.

Relationes diuinae sola ratione distinguuntur ab essentia.

1. Senten. error
Gilb. Porr.
scil. diuinas re-
lationes esse af-
sistentes quasi
separatas.
Confutatur à
S. Thoma.

Impossibile
est, vt hæc rela-
tiones sint se-
parate ab essē-
tia, quæ est ipsa
earum existē-
tia.
Gilbertus
non intellexit
relationes vt
res sunt, & vt
existentes, sed
vt ad aliud sūt,
seu quasi assi-
stentes,

C Vm disputatum sit de distinctione relationū inter se, subit tractatus de distinctione relationum ab essentia; nam de distinctione relationum à personis, lib. 4. differemus, eò quòd illud pertinet ad constitutionem personæ. Et parum differt ea quæstio ab ijs, quæ hoc capite querenda sunt.
Gilbertus Porretanus existimauit diuinas relationes non esse in essentia diuina, siue cum essentia coniunctas, sed assistētes quasi separatas. Quæ errorem confutat S. Tho. 1. p. q. 28. art. 2. elegantissimè hac ratione: Relationes enim habēt verā existentiā, aliās nō essent verā entia; existētia autem in Deo est ipsa essentia: ergo impossibile est vt relationes, quæ per eā existentiā existunt, sint separate ab essentia, quæ est ipsa earum existētia. Et notat hanc causam erroris fuisse Gilberto, quòd cōsiderauit relationes vt relationes, hoc est, vt ad aliud sūt & nō vt res sunt: nā vt ad aliud sunt, nō intelligūtur in aliquo, sed ad aliud, quod antea dealarauimus; & vt sic non intelliguntur existētes, sed quasi assistētes,

A Quamobrè Aristot. 5. Met. tex. 20. dixit scientiā non esse sciētis, sed scibilis, quia vt refertur ad scibile, nō intelligitur cū sciēte cōiuncta. Dānatus est hic error in Conc. Rhemēsi, vbi & Gilbert. retractauit sententiam, vt testatur S. Bernardus.

Post Gilbertū tamē Doctores quidā posuerūt relationes diuinas, non assistētes quidē, sed tamē distinctas ab essētia diuina; sicut relationes creatæ, etsi sint veræ res coniunctæ cū fundamēto, tamē re ipsa distinguuntur ab eo. Hęc fuit sentētia Ioan. Scoti in 1. d. 1. q. 7. & Durand. d. 33. q. 1. & d. 34. q. 2. & in 3. d. 1. q. 3. Et Tho. Argent. d. 33. q. vnica, ar. 1. pro qua etiā inuocatur patrociniū S. Bonauent. d. 33. q. 1. vbi ait quòd essentia distinguitur à personis aliquo modo realiter, & nō solò modo cōcipiendi: sed tamen S. Bonau. intelligit essentiā prout includit vnā personā, distinguī ab alia; nā ibidē cōparans essentiā cū vnaquaq; persona, affirmat essentiā non addere rē, sed rationē; qui est idē loquendi modus S. Tho. cōmunis, ad indicandā essentiam non esse rem distinctā, sed sola ratione distingui, vt explicabimus. Durand. verò hanc distinctionem innuit esse modalem inter rem, & modum rei.

B Nihilominus dicendū est, relationem nullatenus distinguī re ipsa ab essentia: iam enim sæpius animaduertimus distinctionē quamuis realē minimè ponēdam esse, nisi inter personas, proprietateque diuinas; cetera enim singulatim sunt inter se idē propter simplicitatē deitatis. Illud igitur esto argumentum primū, quòd cū relatio creata nō distinguatur ab absoluto, reali distinctione simpliciter, sed formali; cū tamē in eadē hypostasi creatā plura sint absoluta simpliciter distincta: in Deo optimo in quo absoluta omnia sunt res vna simplicissima, minùs opinandū erit relationem vilo modo ab absolutis distingui, hoc est, ab essentia siue substantia, quæ absoluta cōtinet. Deinde verò formalis, aut modalis distinctio constituitur in ijs rebus, quæ nō sunt absolute perfectæ res, atque ob eā causam neq; absolute sunt distinctæ; sed quædā res sunt aliarū quasi appēdices, vt diximus lib. 1. res autē diuine sunt perfectissime; quare vel simpliciter sunt distinctæ, vel nullo modo distinctæ. Iam illud argumentum maximè vrget, quòd relatio diuina si qua ratione sit res ab essentia distincta,

Aristot.
Hic error dā-
natus est in
Coc. Rhem.

3.
2. Sentent.
ponens inter
relationē, & es-
sentiam distin-
ctionē re ipsa.
Scot.
Durand.
Argent.
S. Bonauēt.
pro 2. Senten-
citur, sed te-
net tertiam.

Durandus
innuit distin-
ctionem mo-
dalem.

4.
3. Sententiæ
in tit. assertæ
pars 1.

1. probatio
Inter relatio-
nē, & absolutū
maior est di-
stinctio in cre-
atis, quā in di-
uinis.

2. probatio,
Distinctio for-
malis, aut mo-
dalis nō est re-
rum simplici-
ter perfectarū,
vt sunt res di-
uina.

1. probatio ef-
ficatior.
Relatio diuina
si qua ratione

est extra deitatem re ipsa, nō est adoranda adoratione latræ.

Sic nec diuina persona

4. Probatio ex lib. 1. cap. 28. P. 1.

5. Probatio.

Si esset in Patre duplex substantia, aut esset cōpleta, aut incōpleta, pars aut totum.

Aliæ probationes ex lib. 1. pendenda.

5. Sententiæ 2. pars.

Torres aduersatur ponens eā distinctionē esse rationis ratiocinantis.

Capreolus non sic ut quidam calumniatur.

Ostenditur.

Pro 3. Sententiæ fundamentū,

distincta re ipsa, erit extra deitatem sub ratione eadem: quare creata res erit, & quæ possit non esse; indigna ergo erit adoratione latræ. Hæc autem argumenta quadrant quoque in diuinam personam; cum enim relatio sit proprietās personæ: erit & persona creata, & quæ possit non esse, & quæ non sit per se adoranda: sanè si paternitas potest non esse, potest non esse & Pater, qui nō sine paternitate est Pater. Adhuc arguitur, quia si paternitas est res aliquatenus distincta ab essentia, erit & Pater distinctus ab essentia, Pater enim habet paternitatem, & essentiam: quod si hæc sunt res duę, altera parte sui distinguitur Pater ab altera: Quod autem Pater non sit essentia, aut quod distinguatur ab essentia, improbatum est lib. 1. Denique relatio in Deo est substantia; neque enim est accidens; substantia enim, & accidens secant rationem entis, ita ut res quæuis aut accidens sit, aut substantia: igitur si relatio diuina distinguitur ab essentia, est in Patre duplex substantia, altera relatio, altera essentia. Inquirendum verò erit, sitne vtraque completa substantia, aut incompleta? parsne sit vtraque, an vtraque totum? & similia porrenta fingenda sunt, quæ nullus sanæ mentis de Deo vel cogitando fingit. Iisdem quoque rationibus quibus ostensum est lib. 1. personam diuinam non distingui ab essentia; facillimum erit probare, quod neque relatio quæ personam constituit, ab essentia distinguatur. Impossibile est enim quod persona omninò simplex, ita ut nō sint res duę, sed omninò vna, habeat formas duas re ipsa distinctas.

Est tamen concedendū relationē diuinā distingui ab essentia ratione formali, & quasi definitione: quamuis Barthol. Torres disp. 3. ad art. 2. sentiat eam esse distinctionem rationis ratiocinantis. Quæ eadem opinio tribuitur Ioan. Capreol. d. 33. eò quod ibi videatur docere relationes diuinas, ut relationes sunt, non esse entia realia. Sed neque hoc ibi Capreol. indicauit, ut antea explanauimus; neque esset consequens relationem non distingui ab essentia ratione formali, eò quod non esset ens reale: imo tunc maximè definitione distingueretur, utpote ens rationis ab ente reali: cū igitur liquidissimè cōstet aliam esse definitionē diuinæ relationis, aliā verò essentia;

A hoc certum constituatur, distingui ea rationibus formalibus.

Confirmatio.

Probatur hæc veritas, quæ ut Orthodoxa tenenda est, auctoritate Patrū. Et primū est Ioan. Damasc. qui lib. 1. fidei orthodox. cap. 10. doctè ostendit essentiam diuinā in personis, compositionis expertem esse. At verò cap. 11. proprietates personales distingui ab essentia ratione, & intelligentiā docet: cum enim de perfecta similitudine personarum in idēitate substantiæ disputaret, hæc subiicit. *Hoc autem est, quia secundum omnia vnum sunt Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus, præter (si ita dicamus) ingignentiā, gignentiā, & processione: ratione autē, & intelligentiā hoc distinctam.* Cū dicit, hoc, significat ipsum vnū quod est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus: hoc autem vnum quod est essentia, asserit esse ratione, intelligentiāque distinctum, scil. à proprietatibus, siue relationibus diuinis. Et subdit personas distingui penes modum subsistentiæ, quo intelligimus vnā esse ab alia. Qui est loquendi character S. Iustino Martyri in expositione fidei de Trinit. modos, scil. subsistentiarum esse distinctos in essentia eadem; quia Patrem intelligimus, ut à quo est Filius, Filium ut eum qui est à Patre: ita tamen ut neutrum distinguamus ab essentia, quod ipse S. Iustin. alibi testatum reliquit. Et hoc idem docet S. Athanas. dialog. inter orthodox. & Amonium, ubi ait personam non distingui ab essentia, ut alia, & alia res, sed quia aliud significat persona, aliud essentia; quæ profectò est distinctio rationis, à significatione nominis, & intelligentiā exorta. Et idem docet in oratione contra gregales Sabellij, & serm. 4. contra Arianos. Et S. Greg. Nazian. oratione in sancta lumina idem testatur. S. quoque August. epist. 222. ad cōsentium. *Tene (inquit) inconcussa fide Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum esse Trinitatem, & tamen vnum Deum; non quod sit eorum communis quasi quarta diuinitas, sed quod sit ipsa ineffabilis, & inseparabilis Trinitas.* Quibus verbis aperte cōstitetur id quod postea fuit ab Ecclesia definitū, quod deitas non sit res quarta præter personas, sed omninò sit in Deo Trinitas.

6. Vtriusque part. confirmatio. S. Damasc.

Declarantur hæc verba.

Ait personas distingui penes modū subsistentiæ.

Similiter S. Iustin.

S. Athanas.

Idem.

Nazianz.

S. August.

Idem
negat personas
esse de essentia.

S. Bernard.

Coc. Florët.

Magister.

Alens.

Alber. Mag.

S. Bonauët.

Egidius.

Richard.

Heruæus.

Syluest.

Gandau.

Bellarmin.

S. Thom.

7.

2. Partem

confirmant

S. Cyrill.

S. August.

S. Iustin.

S. Damasc.

S. Ambr.

7.

3. Partem

confirmat 1.

pronütatum

S. Anselmi.

7.

2.

Confirmant

Conc. Later.

cap. *Damna-*

mus.

7.

3.

Confirmat 3.

Idem cap.

7.

3.

7.

7.

7.

7.

Trinitas, non quaternitas. Et iterum 7. de Trinit. cap. ultimo negat personas esse de essentia; ne distinctio inter personas, & essentiam significetur. Idem etiam docet S. Bernardus lib. 5. de considerat. ad Eugenium, cap. 8. ubi testatur hoc ipsum Ecclesiam Catholicam profiteri. Et ipsidem testimonijs Patrum confirmatur, quibus lib. 1. ostendimus personas non distingui ab essentia. At verò in Concil. Florent. sess. 18. Ioannes ille vir doctissimus palam pronunciauit relationem sola ratione, & intelligentia ab essentia distingui; cui consentit Andreas Episcopus declamatione pro Græcis. Et eandem confessionem ediderunt Patres Latini sess. ultima. Eademque est sententia Doctorum frequens, Magistri d. 23. Alexand. Alens. 1. p. q. 48. memb. 4. art. 3. & q. 56. memb. 7. & q. 68. memb. 5. art. 1. & 2. Albert. Magn. d. 33. art. 5. S. Bonauent. ibidem q. 2. Syluest. in Cōflato q. 28. art. 6. Henric. Gandau. quodlib. 5. q. 6. Roberti Bellarm. libr. 2. de Christo, cap. 6. & 8. & Thomistarum cōmanis. De qua re ipse Doctor Sanctus de potent. q. 8. art. 2. & 4. contra gentes cap. 14. & 1. p. q. 29. art. 2.

Quòd verò relationes distinguantur ab essentia ratione formali, Patres etiam attestantur; S. Cyrillus lib. 1. Thesauri, cap. 4. S. August. lib. 5. de Trinit. c. 5. S. Iustin. in symbolo de fide, S. Ioann. Damascen. lib. 1. fidei orthod. cap. 8. S. Ambros. lib. 4. de fide. Hi enim affirmant aliud significare proprietates, aliud essentiam: imò sine hac distinctione non posse intelligi mysterium Trinitatis docent.

Sunt autem religionis nostræ indubia asserta, quæ nostræ sententiæ fidem faciunt. Primum est illud, *In Deo omnia sunt unum, ubi non obuiat relationis oppositio*; essentia autem non opponitur relationi; ergo essentia, & relatio idem est. Deinde persona Patris est simplicissima, vt definitur in Concil. Lateran. & legitur cap. *Damnatus*; ergo in persona Patris non sunt res duæ distinctæ, scilicet essentia, & paternitas. Præterea in Deo non est quaternitas, vt definitur eodem cap. *Damnatus*, *De summa Trinit.* quo maximè loco definitum est essentiam non esse rem quartam distinctam; ergo relatio non est res distincta ab essentia: aliàs sunt res quatuor, scilicet

A personæ tres relationibus tribus distinctæ, & quarta essentia à relationibus etiam discreta. Igitur qualiscūque distinctio ponatur inter relationem, & essentiam, quæ sit quomodouis realis, siue formalis dicatur, siue modalis; dissentaneum id est Ecclesiæ fidei, & confessioni, & parum abest ab hæresi.

CAPVT XXVII.

Argumenta refelluntur.

B Quid relatio ab essentia distinguatur re ipsa, probatur primò auctoritate S. Augustini 7. de Trinit. cap. 1. ubi affirmat quòd Deus Pater non eo est Pater, quo Deus: At vero cap. 4. docet quòd eodem est sapiens, quo Deus; ergo sapientiam ait non distingui à Deo, paternitatem autem, qua est Pater, ait distingui. Et iterum 7. de Trinit. cap. 1. asserit, quòd si relatio esset essentia, essentia non esset essentia. Et libr. 5. de Trinit. cap. 3. aliquid dici ait de Deo non substantiuè, sed relatiuè. Sanctus etiam Gregorius Nazianzen. oratione 3. Theolog. ait ingenitum, & Deum non esse idem; ergo proprietates ingeni ab essentia distinguitur. Non parui etiam estimadum est quòd hæc opinio à Ioan. Scoto, & Durando, nec non à S. Bonau. & ab alijs doctoribus propugnetur.

Deindè probatur, quoniam ratio substantiæ est ad se, ratio vero relationis est ad aliud; ergo ex ipsa natura rei est aliqua distinctio.

Secundò: Vna eadèq; res non potest esse principium realis cōmunitatis, siue identitatis inter plura, vt est essentia; & item principium realis singularitatis, & distinctionis eorundè, vt est relatio: ergo essentia, & relatio aliquo modo in re ipsa distinguuntur. Et confirmatur, quoniã si nulla est rei distinctio; ergo relatio prout est essentia, est incōmunicabilis, & ita essentia est incōmunicabilis, quod est hæreticum.

Tertiò: Dū Deus se ipsum ab æternitate intuetur, essentia diuina est obiectū adæquatū diuini aspectus; & præter essentiã relationes sunt obiecta distincta: illa autem distinctio obiectorū non efficitur per diuinum aspectum; imò nostro modo intelligendi antecedit; ergo non est distinctio rationis, sed rei ipsius.

NNn 2

Quartò:

1. Arg.
Loca
S. August.
Primus.

Secundus.

Tertius.

Nazianz.

Scotus.

Durand.

S. Bonauët.

Ratio.

2. Arg.

Confirm.

3. Arg.

4. Arg.

Quartò : diuinæ personæ non distinguuntur per essentiam, & distinguuntur per relationes : cum ergo re ipsa distinguantur; negatio est in re ipsa inter essentiam, & relationem; vbi autem est negatio, est distinctio.

5. Arg.

Quintò : Si relatio, & essentia sunt res eadem, res significata per nomē vtrūque est ipsa essentia; ergò sicut negamus attributa distingui re ipsa, ne in essentia sit distinctio; ita negandum erit relationes esse inter se distinctas, ne essentiam distinguamus, vel confitendum est eas distinguuntur re ipsa ab essentia.

6. Arg.

Sextò : Eorum, quæ sunt re ipsa idem, in quocunque est vnum, est & aliud : ergo si paternitas, & essentia sunt idem; in Filio in quo est essentia est paternitas, quod est hæreticum.

7. Ultimum.

Vltimò : Vel paternitas est sola ratio addita essentiæ, vel est res addita ; si est res addita, res est distincta : si verò est sola ratio addita, relatio non est res, quod est Sabellianum. Alia circumferuntur argumenta, quibus potius probatur personas non distinguuntur ab essentia, & ea propter lib. 1. ad finem sunt refutata.

8.

1. Aduert.

S. Thoma dictum: Relationes diuinæ si inter se comparentur, sunt res. si cum essentia, sunt rationes.

Idem.

S. Bonauent. Declaratur hoc dictum.

Attributa etiã possunt dici rationes essentiæ.

Ratio significat formaliter obiectum intellectus.

At accipitur pro re, quæ est obiectum.

Relatio, & essentia distinguuntur rationibus formalibus, scilicet nominibus, & nominum significatis siue notitijs.

Aduertenda.

IN hac disputatione obseruandum est id quod docet S. Thomas in sententijs, sæpiusq; repetit, relationes diuinæ si inter se comparentur, esse res; si verò comparentur cum essentia, esse rationes. Et idem docet de Potentia, q. 8. art. 2. ad 8. idemque censet S. Bonauent. in 1. d. 33. q. 1. quod intelligendum est, quasi diceret clariùs, relationes inter se oppositas, res esse distinctas: ab essentia verò non esse distinctas, sed esse ipsam essentiam sub alia ratione formali; quo etiam nomine possumus appellare attributa rationes essentiæ. Hoc verò nomen, ratio, ijs in locis significat formaliter obiectum intellectus; sed accipitur pro re quæ est obiectum. Et perspicuum iam est quòd relatio diuina sit ratio distincta, hoc est, distinctum obiectum intellectus nostri; quia alio conceptu essentiam, alio relationem intelligimus. Quòd autem relatio, & essentia distinguuntur rationibus formalibus, scilicet nominibus, & nominum significatis siue notitijs, indubiè tenendum est: aliàs non explicarem in quo personæ sint idem, & in quo distinguantur; si eadem

A esset ratio essentiæ, in qua conueniunt, & relationum, quibus distinguuntur. Quare Patres hoc etiam conati sunt, vt distinctionem rationum istarum contra hereticos indicarent.

Deinde aduertendū est quòd S. Tho. de potent. q. 8. art. 2. distinguit relationem ab essentia penes modos significandi: quod tamen interpretandū, quatenus nostro modo intelligendi informamus intellectum pluribus intelligentijs de re eadem. Et ita sunt plures rationes formales in re intellecta; quo pacto etiam relationem ab origine ait distinguuntur modo significandi, hoc est, nostro modo intelligendi, qui in nominum significatione cernitur.

B Notandum est adhuc, quòd essentia vt essentia est, nullo modo in re ipsa distinguitur à singulis personis, neque ab omnibus simul: essentia tamen vt est Pater, distinguitur re ipsa à Filio, quia essentia vt est Pater, est Pater essentiæ; at verò Pater essentia non est Filius. Hoc ergo habet essentia ex eo quòd est idem cum singulis personis, quòd ipsa essentia pro vt est vna persona, non est alia. Et hæc attendentes aliqui dixerunt essentiã distinguuntur re ipsa à personis, eò quòd non sit idem adæquatè cum singulis; quòd tamen vtrūq; est falsum. Lib. enim 1. cõmonstrauimus essentiã diuinã esse idem adæquatè cum personis; neque verò ex eo quòd essentia sit vna, & personæ tres, consequitur vt essentia ab illis vllatenus distinguitur re ipsa, vt eodem loco disputauimus: nam essentia vt essentia est, idem est adæquatè cum singulis: essentia autem vt est Pater, quid est nisi Pater essentiæ? Quo quidèmpacto dum dicis Patrem essentiam distinguuntur à Filio, nihil ais de essentia vt essentia est, sed de Patre ais; & verum quidèmp ais, quòd non sit Filius.

C Adhuc est animaduertendum, quòd commune, & singulare sunt relatiuè opposita; sed hæc relatio etiam in Deo, in quo cõmunitas est realis, est tamen relatio rationis. Dicitur enim cõmunitas realis, quia natura re ipsa existit in pluribus; ea autem relatio est rationis, quia persona, & natura sunt res eadem, & non potest esse realis relatio nisi inter res distinctas. Satis est ergo rationis distinctio, vt natura sit cõmunis, & persona singularis; eadèq; distinctio rationis sufficit vt relatio sit principium singularis personæ

9.

2. Aduert.

S. Thoma dictum: Relatio ab essentia distinguitur penes modos significandi. Explicatur.

10.

3. Aduert.

Essentia vt est essentia, idem est adæquatè cum singulis personis, vt lib. 1. cap. 44. n. 16. & 24. Essentia vt est Pater, est Pater essentiæ, & distinguitur re ipsa à Filio

11.

4. Aduert.

In Deo cõmunitas est realis relatio cõmunitatis est rationis, vt de similitudine, cap. 23. nu. 14.

Satis est rationis distinctio

vt natura sit communis, & principiu[m] comunitatis: relatio vero singularis, & singularis personae principiu[m] non reale, sed rationis.

12.
5. Aduert. Idem.

Relatio diuina vt est relatio, est ad aliud, scilicet ad distinctu[m]; vt est in aliquo, est ipsa essentia.

13.
Ad 1. arg. Ad loca S. August. Ad 1.

Ad 2.

Ad 3.

S. Thom. Ad Nazia.

Arguit contra Anomæos.

personae, & natura sit principium comunitatis: quia hoc principium non est reale principiu[m], sed rationis: quia enim petimus distinctionem personalem a relatione, dicimus relationem esse principiu[m] singularitatis; cum relatio sit ipsa persona singularis, & non principium eius, nisi nostro modo intelligendi: neque enim relatio diuina est forma personae, ab ea distincta; sed re ipsa relatio est persona.

Præterea obseruandum est cum S. Thoma, q. illa de potentia ad 3. quod ea quæ sunt vnum in Deo, etsi non distinguantur formaliter; ita tamen sunt in ipso formaliter, ac si essent distincta: quare sicut in sapientia diuina ea inveniuntur formaliter, quæ sunt propria sapientiae; ita & in diuina relatione comperimus formaliter ea quæ sunt propria relationis: relatio autem diuina vt relatio est, ad aliud est, scilicet ad distinctu[m] quid, & idcirco est in Deo principium distinctionis; eadem vero relatio, vt est in aliquo, est ipsa essentia, vt diximus. Atque ea ratione eadem res incomprehensibilis, quæ est paternitas, & essentia, vt essentia, est communis; vt relatio est, distinguit.

Responsio.

AD primum quod ex S. Augustino obijcitur, respondetur quod S. August. doctè discernit essentialia attributa a relatiuis; quia illa sunt communia, hæc propria. Et in eo sensu ait Deum non esse eodè Patrem, quo est Deus; scilicet non esse Patrem essentiã, sed relatione. Et similiter disiungit rationem essentiæ a relatione, dum affirmat, quod si relatio esset essentia, essentia non esset essentia; quia oportet hæc dignoscere suis rationibus formalibus; quas si commisceas, neque essentia erit essentia, neque relatio relatio. Quod verò ait aliquid prædicari de Deo non substantiuè, intelligit secundum modum significandi relationis conceptu, quo non significatur relatio, vt existens in aliquo, sed vt ad aliud: licet ipsa diuina relatio sit substantia: ita respondet S. Thom. q. 8. de potent. art. 2. ad 13. S. Greg. Nazianz. eo loco vult ostendere in genitum & Deum, ratione, siue definitione distingui; quod argumentum est Patribus familiare, contra Eunomium, & Anomæos, & alios hæreticos,

A qui dicebant ingenitum esse quidditatè Dei, & Filium esse extra quidditatem Dei, eò quod non esset ingenitus, vt lib. 4. dicemus. Ioan. Scotus verò distinctionem formalem a deo implicauit, vt non satis constet quid senserit, dum ait essentiam diuinam a relationibus formaliter distingui. Durand. autem audaciùs loquutus est. S. verò Bonauent. oppositum non planè asseruit: imò in eo quod asseruit relationem addere essentia ratio nē, indicat nihil addere distinctum re ipsa, vt admonuimus.

B At verò in dissoluendis argumentis missas facimus Thomæ Caiet. & aliorum responsiones, quæ tractatum impedirēt, & valdè prolixum facerent. Ad primum ergo respondetur, quod nomen, ratio, vt diximus, significat obiectum intellectus nostri; quare etsi essentia vt est obiectum humanæ intelligentiæ non sit ad aliud, neque relatio sit ad se; res tamen ipsa, quam absq; pluribus nominibus explicare non possumus, eadem est ad se, & ad aliud, sicut res eadem est intellectus, & voluntas.

C Ad secundum diximus iam in aduertendis, non esse necessariam realem distinctionem, vt relatio distinguat, & natura coniungat diuinas personas. S. Thomas q. 8. de potent. art. 2. ad 5. respōdet, non esse opposita vnitatē naturæ, & distinctionē personarū: quare non est necesse vt hæc referamus ad principia re ipsa distincta. Ad confirmationem respondetur, quod dictio reduplicas, prout, indicat nostrum modū intelligendi; & ideo negatur quod relatio prout est essentia sit comunicabilis, sed prout relatio est: sed hæc distinctio est in nostro intellectu; & nulla est negatio realis inter relationem, & essentiam, vt statim dicemus ad quintum.

D Ad Tertium respōdetur, quod nomē, obiectum, non significat formaliter quid reale, sed quid rationis, scilicet relationē rei ad intellectu[m]; est enim obiectū quod menti occurrit, & obijcitur: quod etiam obiectum adequatum sit; meditatio est rationis adæquantis re operationi. Hæc ergo omnia non antecedunt operationē intellectus. Ioan. verò Scot. existimauit personas diuinas esse secundaria obiecta intellectus beati, cum quò loqua est Tho. Caiet. disputatio 2. 2. & inde credidit seruere argumentū efficax, quod persone distinguuntur

Ad Scot. Respond. vt lib. 1. cap. 30. p. 2. num. 4.

Ad Durand. Ad S. Bona. Illum non aduersari ostenditur ex cap. 26. n. 3.

14. Notandum.

Ad rationem.

15. Ad 2. arg. Respond. 1. ex 4. aduert. Respondet 2. S. Thomas. Non opponitur vnitatis naturæ, & distinctio personarū. Ad confirm. Dicitio, prout, nostrum modū intelligendi indicat in hac, Relatio prout est essentia, est comunicabilis, & ideo negatur.

16. Ad 3. arg. Esse obiectū, & esse obiectum adæquatū, non antecedunt rationē adæquatam sibi rem.

Ad Scotum a Caietano impugnatum.

Etiamsi essentia sit primum obiectum, persona secundum, hoc est consideratio intellectus nostri.

17. Ad 4. arg.

In hac, Essentia non procedit a Patre, negatio, seu negas propositio, diuidens paternitatem ab essentia, est in intellectu.

18. Ad 5. arg. Respond. ex 5. Aduert.

19. Ad 6. arg. Eorū que sunt re, & ratione idē, in quocūque est vnum, est & aliud. S. Thom.

20. Ad vltimum Respond. ex 1. aduert.

distinguantur ab essentia, quasi secunda-ria obiecta. Sed vtra pars quæstionis illis placet, nihil conficitur argumento; nam quod essentia sit primum obiectum, persona secundum, consideratio est intellectus nostri; in re tamen ipsa nulla est distinctio.

Ad quartum iam admonuimus lib. 1. quod hæc negationes sunt duntaxat in diuisione intellectus. Itaque affirmatio aliquid significat, quod est in re; vt cum dico, Filius procedit a Patre: sed cum dico, Essentia non procedit, illa negatio non significat negationem in re, quæ sit inter Filium procedentem, & essentiam non procedentem. Responderetur ergo ad argumentum, quod negatio illa non est inter relationem, & essentiam; sed sed duntaxat in intellectu diuidente paternitatem ab essentia, diuisione illa quæ est negans propositio.

Ad quintum responderetur, quod tam attributa, quam relationes, secundum esse in, hoc est, prout sunt in aliquo, significant essentiam eandem; non sub eodem conceptu; sed ita vt res significata sit essentia: attributa tamen ex propria ratione formali non postulant realem distinctionem inter se, vt diximus lib. 1. relationes verò oppositæ eam sibi vendicant; & ideò sunt res distinctæ, non prout sunt, in, scilicet prout, sunt essentia; sed prout sunt ad aliud; quo pacto sunt oppositæ.

Ad sextum responderetur quod illud Theorema verum est in ijs, quæ sunt re, & ratione idem, vt vtrumque sit in eodem; in quo enim est indumentum, est vestis; vt ait S. Thomas de potentia, ad 7. Sed quæ ratione formali differunt, possunt ita esse comparata, vt essentia sit in pluribus, relatio, verbi gratia paternitas, in vno solo; quod tamen est inscrutabile mysterium Trinitatis. Et hoc dubium explicabitur lib. 5. in enarratione alterius pronuntiati, *Quæcunque sunt eadem, vni tertio, sunt eadem inter se.*

Ad vltimum responderetur, quod relatio est ratio, ad sensum explicatum in notationibus; ita vt relatio sit res quæ est ratio, hoc est, obiectum intellectus; neque verò est res addita, sed ratio formalis addita, & distincta; quia est res eadem, sub intelligentia diuersa.

C A P V T XXVIII.

Relatio, & essentia non includunt se in suis notationibus.

Constituimus in superioribus relationem distingui ratione formali ab essentia; sed quia ea quæ sunt distincta possunt esse alijs inclusa, & contenta, sequitur per necessaria disputatio ad nonnulla elucidanda quæ difficilia sunt, Vtrum relatio essentiam, aut essentia relationem includat in sua ratione formali?

Ista disputatio mutatis verbis in scholis versatur, An relatio sit de essentia Dei? Sed verba hæc & ambigua sunt, & minus explicant quæstionis sensum: ambigua quidem sunt, & incertæ significationis; nam S. Augustinus negauit personas esse de diuina essentia, quasi de principio quodam distincto, quo pacto Gabriel est de natura Angelica: prepositio enim, de, significat ordinem principij: aliquando verò eadem prepositio significat partitionem, vt dicimus

aliquid esse de quopiam numero, aut de multis vnum; qua significatione humanitas, non est de essentia hominis, sed est ipsa essentia; pars autem essentia dicitur esse de essentia, vt anima est de essentia hominis: sed tamen hoc pacto relatio nõ est de essentia, quia non est pars essentia; nam etsi attributa nominaueris partes essentia, quia sunt essentialia, & quasi partes definitionis; non eo modo relatio est de essentia deitatis, quæ tota est in Filio. Alij verò aiunt relationem esse de essentia Dei; quia hæc propositio, Deus est Pater, est essentialis. Sed isti quoque extra chorū cantant: nam ea quæstio dialectica est,

quænam propositiones, aut prædicationes dicendæ sint essentialia, vt lib. 5. disputabimus; pendetque ea quæstio ab ista, quam modò sumus tractaturi: & barbarè, ac impolitè nimis dicitur quod relatio sit de essentia, hoc est, quod prædicetur de essentia. Disceptatio igitur nostra hæc est, Vtrum in notione essentia explicata, aut implicata, contineatur relatio, an etiam in conceptu relationis essentia?

Quod diuina essentia in sua ratione formali includat relationes diuinas, affirmant

1. Prænotādū. Ea quæ sunt distincta possunt esse alijs inclusa.

2. Prænot. Alia verba sub quib⁹ quæstio versatur, scilicet, An relatio sit de essentia Dei. Improbatur vt ambigua.

1. Sensus in quo a S. Aug. negatur personas esse de diuina essentia, hoc est, quasi de principio distincto.

2. Sensus, in quo negādum est relationem esse de essentia Dei, hoc est, vt partem.

Obiectioni occurritur.

3. Sensus, in quo a quibusdā affirmatur; hoc est, quod prædicetur de essentia essentialiter.

Hæc affirm. improbat, vt non respondens ad hanc, sed ad aliā quæstionem ab hac pendentem.

Improbatur 2. vt barbara loquitio. Verba idonea vt in tit.

3. Sententia affirmat.

Tribuitur
Caiet.
Hic explica-
tur de Deitate
in re ipsa.

firmant nonnulli, voluntque sibi Tho-
mam Caietanum auctorem; qui forte
non loquitur de nostro intelligendi mo-
do quo rem simplicem intelligimus plu-
ribus conceptibus, sed de re ipsa, scilicet
Deitate, quam esse ait Caietanus simul
quid relatiuum & absolutum, vt videre
licet ad art. 2. q. 28. & q. 29. art. 1. & lib.
de ente & essentia, cap. 2. commento 2.
vbi negat relationem diuinam esse per-
fectionem, secludendo illam saltim cō-
ceptu ab essentia, quæ summa est perfe-
ctio; indicat enim ibi, relationem ab es-
sentia ratione distingui. Ea tamen vide-
tur esse opinio Heruzi tract. de relatio-
nibus, q. 1. art. 3. Francisc. Ferrar. 4. con-
tra gent. cap. 6. & Syluest. in conflatō q.
28. ar. 6. cum alijs: qui aiunt diuinas re-
lationes claudi in conceptu essentia di-
uina.

Est sent.
Heruz.
Ferrar.
Syluest.

4.
2. sent.

Durand.
Gregor.
Gandav.
Torres.

Alij sunt qui contra hos opinantur,
essentiam nō includere relationem, sed
aiunt relationem includere essentiam.
Ita Durand. in 1. d. 33. q. 1. Gregor. ibi-
dem, q. 2. conclusione 4. Henric. Gand.
quodlib. 5. q. 6. & Barthol. Torres, q. 28.
art. 2. cum alijs.

3. sent. in tit.
asserta.

2. pars.
Quoad utrāq;
probat 1.
E. entia tota
seu in sua sig-
nificatione in-
tegra, est com-
municabilis;
ergo toto conceptu siue implicito, siue
explicito distinguuntur. Et cōfirmatur,
quoniam omnes Catholici confitentur
essentialia cōmunicari, relatiua propria
esse; & quis autem prateruissimus neget
essentialia significari nomine essentia, &
nomine relationis relatiua; ergo tota
essentia in sua significatione integrā cō-
municabilis est; ergo relationem nō in-
cludit, quæ non est comunicabilis. Et
idem dicendum de relatione, quæ cum
tota sit incōmunicabilis tota est extra
conceptum essentia.

6.
Probat 2.
Licet Deus nō
intelligat per
voluntatē, ta-
men intelligit
per essentiam,

Quamuis autem hæc pars affirmans
essentiam claudi in conceptu relationis
vtrisque placeat; tamen vtramque par-
tem oppositam haud dubiè tenemus,
quod scilicet essentia diuina non conti-
neat in suo cōceptu confuso relationes,
neque relationes essentiam. Videturq;
commonstrari apertissimè: nam essentia
toto ambitu suæ significationis siue ex-
plicitè, siue implicitè, distinguitur à rela-
tione; tota quippè est comunicabilis;
relatio verò tota est incōmunicabilis;
ergo toto conceptu siue implicito, siue
explicito distinguuntur. Et cōfirmatur,
quoniam omnes Catholici confitentur
essentialia cōmunicari, relatiua propria
esse; & quis autem prateruissimus neget
essentialia significari nomine essentia, &
nomine relationis relatiua; ergo tota
essentia in sua significatione integrā cō-
municabilis est; ergo relationem nō in-
cludit, quæ non est comunicabilis. Et
idem dicendum de relatione, quæ cum
tota sit incōmunicabilis tota est extra
conceptum essentia.

Deindè probatur, quoniam etsi Deus
non intelligat per voluntatem, neque
per intellectum diligit, intelligit tamen
& diligit per essentiam; quia essentia in

A suo conceptu continet intellectum, &
voluntatem; sed Deus non refertur per
essentiam, sed per relationem; ergo re-
latio est extra conceptum essentia. Et
similiter Pater per essentiam creat, sed
per paternitatem non creat; ergo essen-
tia est extra conceptum paternitatis.

Tertiò: Personæ diuinæ sunt in esse-
tia omninò idem, & relationibus omni-
nò distinctæ; ergo neque in conceptu es-
sentia est relatio, quæ distinguit, & re-
pugnat idēitati; neque in conceptu re-
lationis est essentia quæ facit idem &
repugnat distinctioni. Aliàs fit, vt neque
in essentia sint omninò idem, eò quod
in essentia contineatur relatio; neque in
relationibus sint omninò distinctæ, eò
quod in relatione contineatur essentia.
Confirmatur, quoniam si in essentia nō
sunt omninò idem; ergo distinguuntur
aliquo modo in essentia, quod est hære-
ticum; quoniam in essentia confitenda
est vnitas, & in proprietatibus distin-
ctio: ergo neque in conceptu essentia
est relatio, neque in conceptu relationis
essentia.

Quartò probatur idem ratione Phi-
losophica: quia vbi propriè inuenitur
vniuersalitas, differentia non cōtinetur
actu in natura vniuersali; quia iam non
esset natura illa vniuersalis, si actu con-
tineret differentiam, quæ singularis sit;
neque in differentia continetur natura
vniuersalis, quia non esset differentia
distinguens vniuersale, si ipsum vniuer-
sale in se contineret; quare ens non est
vniuersale, quia differentia entis non
sunt extra ens. Sed in Deo maximè pro-
priè est natura re ipsa communis; & pro-
prietates singularium, quæ sunt relatio-
nes; ergo neque essentia in toto suo cō-
ceptu includit relationem, neque rela-
tio essentiam. Et idem argumentum est
quod incōmunicabile non potest in-
cludi in communi, quia iam illud non
erit commune.

Quintò probatur; quoniam id quod
distinguit, quatenus distinguit, nihil in-
cludit commune; nam ea parte qua in-
cludit commune non distinguit, quia nō
facit particulare, sed commune. Id verò
quod commune est, quatenus commune
est, nihil includit singulare; nam ea parte
qua includit singulare, iam non est com-
mune. Quæ igitur cum in personis di-
uinis aliquid sit comunicabile, & aliud

At Deus non
refertur per es-
sentia, sed per
relationem.

Sic Pater nō
creat per pater-
nitatē, sed per
essentiam.

7.
Probat 3.
In essentia est
omninò vni-
tas; in relatio-
nibus omninò
distinctio.

Confirm.
Quod perso-
na distinguitur
aliquo mo-
do in essentia,
est hereticum.

8.
Probat 4.
ratione philo-
sophica.
In vniuersali-
bus propriè di-
ctis differentia
est extra genus
& e contra.

Hinc fit vt
ens nō sit vni-
uersale.
In Deo maxi-
mè propriè est
natura re ipsa
communis, &
pprietates sin-
gularium.

9.
Probat 5.
Id quod distin-
guit quatenus
distinguit ni-
hil includit cō-
mune. Sic cō-
mune quatenus
commune ni-
hil includit sin-
gulare.

singulare & incōmunicabile, quid illud sit quod ut sic intellectum, sit omninò commune, & nulla parte sui singulare, nisi essentia? quid verò illud sit, quod ut sic cognitum, omninò distinctum sit, & nullo modo commune, nisi relatio? ergo confitendum est vel etiam inuitis, quòd relatio in suo conceptu non includat essentiam, neque essentia relationem: quare probè quidè ait Ioan. Capreol. in 1. d. 33. q. 1. relationem ut sic, non esse essentiam, quia sub ratione formali relationis ab essetia distinguitur; quamuis repugnet Hispalensis d. eadem q. 1. art. 3. notabili 4.

Capreol. probè ait relationem ut sic, nō esse essentiam, cōtra Hispal.

10. Probatur vlt. quoad alteram saltem partem, per regulam Arist.

Vltimò probatur idem per regulam Aristotelicam, cum quidpiam de quopiā prædicatur; si enim paternitas est quid intrinsecum in ratione formali Deitatis; & Deitas quid intrinsecū in ratione formali filiationis; paternitas est quid intrinsecum in ratione formali filiationis, ut perspicuum est aduertenti: ergo filiatio est paternitas, & conuerso argumento paternitas est filiatio; quod est hæreticum: ergo alterum saltē negandum est; concedendumque est, vel quòd relatio non contineatur in essentia, ut quidam volunt; vel quòd essentia non contineatur in relatione, ut alijs placet.

11. Probatur eodē arg. quoad illā partē, quòd relatio includatur in essentia.

Illa autem pars quòd relatio includatur in essentia, eodem argumento refellitur: nam si relatio includitur in essentia, cum essentia includatur saltē in persona, ut libr. 4. docebimus; relatio vnus personæ includitur in altera persona iuxta regulam præscriptam, quod tamen est hæreticum.

12. Corollar. Hæ propositiones, Relatio est essentia, Essentia est relatio, non sunt formales, & per se.

Vndè colligimus quòd hæ propositiones, Relatio est essentia, siue Essentia est relatio, non sunt formales & per se; quales definit Arist. 1. Posteriorum cap. 4. sicut ista, Pater est Deus, est per se, teste S. Thom. q. 59. ar. 6. ad 2. quia prædicatur natura communis de sua hypostasi. Sed paternitas est Deus, est identica prædicatio. Hæc autem efficacioribus argumentis ex Patribus, & Concilijs statim confirmabimus.

Aristot. S. Thom.

Confirmatio.

13. S. Athan.

Eandem sententiam à Patribus hausimus, & à Conciliorum præscriptis accepimus. S. Athanasius disputat. contra Arium libr. 1, Non temerè (inquit)

A pronunciauerim vniuersa, qua de Deo dicuntur, secundum essentiam debere accipi; propter nonnullos relatiuos nominum casus. Quibus verbis docet nos relationem ab essentia distinguere, ne temerè confundamus quæ conueniunt essentia, & quæ relationi conueniunt. S. Anastas. libr. 1. de rectis fidei dogmat. Non enim (inquit) Pater, quia Pater, hac ratione est Deus. Et iterum, Si enim Deus esset quia Pater, pater omnis esset Deus. Quibus sententijs perspicuè discernit paternitatē à natura Deitatis. Et S. Iustinus etiam in expositione fidei, affirmat proprietates personarum non significare essentiam, quam tamen attributa significant: distinguuntur ergo proprietates ab essentia, etiam in conceptu amplissimo essentia, in quo attributa conueniunt. Subeunt deindè disertissima verba Sancti Cyrilli, quibus totam rem explicat libro 2. Thesauri, cap. 3. Cum igitur non composita, sed simplex natura Deitatis sit, nunquam in plures personas distingueretur, nisi quadam inueniretur differentia non secundum essentiam, sed secundum relationem, & quasi extrinsecus intellecta; per quam vtriusque persona (scilicet Patris, & Filij) in propria hypostasi constituitur; neque ab unitate Deitatis propter identitatem naturalem potest excludi: & sic nulla confusio, nulla quasi mixtio Patris, & Filij excogitari potest. Ibi, quod ad rem est, differentiam personalem, quæ est relatio, ait esse quasi extrinsecus intellectam; quia cum relatio non sit extra essentiam, intelligitur quasi extra illam: quæ est nostra planissima sententia. Pōnit autem identitatem naturalem relationum & essentia, ut antea docuimus. Ac per hoc quòd proprietates intelligimus extra essentiam; confusionem, & mixtionem personarum & essentia, cui tate nos admonet. Est etiam in hac confessione indubius S. August. 7. de Trinit. cap. 1. vbi ait quòd Pater nō eo est Pater, quo Deus, & cap. 4. ait, quòd eodem est Deus, quo sapiens, & Psalm. 68. non eo est substantia quo Filius. Quòd non potest aliter explicari, nisi quod S. August. totam essentiam cum omnibus attributis, disiungit à cōceptu relationis: quare Pater est Deus essentia sua; non eodem tamen est Pater, quia relatione est Pater, quæ ab essentia distincta est,

B C D

S. Anastas.

S. Iustin. expressè.

S. Cyrillus.

Ait differentia personalem in Deo, esse quasi extrinsecus intellectam.

Corroboratur ex eodem doctrina cap. 26. n. 4.

S. August. vt cap. 27. n. 1.

non

non re ipsa, sed conceptu. At verò eodē est sapiens quo Deus, scilicet essentiā suā est sapiens; quia attributa in cōceptu essentiæ continentur: in conceptu ergo essentiæ attributa includuntur, excluditurq; relatio. Et confirmatur, quia frequentē S. August. docet, quæcunque de Deo dicuntur aut secundum substantiam dici, aut secundum relationē; propter vsurpatissimum Theologorum proloquium; quòd in Deo sunt duo prædicamenta; substantia, & relatio: in substantia enim, quæ est ipsa essentia, attributa continentur; relatio verò à substantia, & essentia conceptu omninò distinguitur. Iterum S. August. docet lib. 7. de Trinit. cap. 1. & 4. quòd nō idem est Deum esse, & Verbum esse, sicut est idem Deum esse & fortem esse; quòd eādē habet interpretationem, quòd scil. relatiua ab essentialibus discernat: ergo relatio Verbi non continetur in conceptu Deitatis. Et idem sentit, cum lib. 7. de Trinit. c. 1. ait quòd si relatio esset essentia, essentia non esset essentia; quia scilicet alia est ratio formalis essentiæ, & alia relationis. Boetius quoque 2. de Trinit. & 7. ait relationem non prædicari substantialitèr de Deitate; non ergo relatio clauditur in intima ratione essentiæ. Et S. Thom. d. 33. q. 1. art. 1. ad 1. ait quòd relatio & essentia non vniuntur in illo esse, quòd significat rei definitio: quæ autem non vniuntur in esse per definitionem explicato, ita distinguuntur conceptu; ut neutrum sit in altero, ut liquet. Et 1. part. quæst. 28. artic. 2. ad 2. expressè ait, diuinam essentiam non comprehendendi, neque significari nomine relationis.

Probatur etiam ex illis verbis cap. Firmitèr, quibus decernitur, quòd Trinitas secundum essentiam indiuisa est, & secundum proprietates distincta: ergo essentia quæ est indiuisa, est extra conceptum proprietatum distinguentium, quòd impensè iam probatum est. Et Cōcil. Tolet. 1. in confessione fidei sic definit. *Cum dicitur, Deus, non ad aliquod dicitur, sicut Pater ad Filium, sed ad se specialitèr dicitur.* Est ergo Deus ex propria ratione nominis absolutum, non relatiuum; ergo in conceptu proprio Dei non includuntur relationes.

Idem
sæpè ait quæcunque de Deo dicuntur, aut secundum substantiam dici, aut secundum relationem.

Idem con-
sonè ad primū locum.

Idem
vt cap. 27. n. 1.

Boet.

S. Thom.

Idem.

14.
C. Firmitèr
consonū pro-
bationibus 3.
sent.

Conc. Tolet.

A C A P V T XXIX.

Argumenta refelluntur.

Videtur tamen propositæ sententiæ asserti, sc. diuinæ relationes non claudi conceptu essentiæ, contraire S. Athanas. in oratione cōtra gregales Sabellij, *Vniuersa (inquit) plenitudo Deitatis est Pater ut Pater, & Filius ut Filius.* Et subiicit, *Idem de Spiritu Sancto est existimandum;* ergo in plenitudine Deitatis personæ includuntur. Et sermo, 4. contra Arianos affirmat, ipsam proprietatem Patris essentiā Filij constituere; ergo paternitas constituit essentiam, quasi pars illius conceptus. Et S. Gregor. Nazianz. orat. in sancta lumina. *Vnum (inquit) in tribus, diuinitas est, & tria unum ea in quibus diuinitas est.* Ergo tria & vnum continent se mutuo. S. Thom. etiam q. 33. art. 3. ad 1. docet communia esse de conceptu priorū; ergo saltē essentia, quæ est communis, continetur in conceptu relationis, quæ est propria. Et q. 28. ar. 2. ad 2. ait in Deo esse rem vnā, quæ non satis exprimitur nomine relationis; ergo si exprimitur definitione res illa, etiam relationē continet, & non solam relationem, sed etiam essentiam. Et q. 27. artic. 2. ad 3. quòd in perfectione diuini esse continetur Verbum & principium Verbi, scilicet Filius & Pater; ergo relationes continentur in conceptu essentiæ.

Deindè probatur idem ratione: Deitas enim subsistit incommunicabilitèr per relationes; & non per extrinsecas, cū proprium sit substantiæ subsistere; ergo relationes sunt intrinsecæ. Et confirmatur, quoniam Deus essentialitèr est Trinus; ergo Trinitas includitur in essentia: quare S. Thom. 1. p. q. 39. ar. 6. ad 2. ait hanc esse per se, Deus est Pater.

Secundò: Essentia non potest videri sine relationibus; ergo relationes sunt de conceptu essentiæ in ipso intima.

Tertiò: Ex eo quòd essentia est communicabilis per originem, sunt in Deo relationes personales; sed esse communicabile est aliquid essenziale, quòd in essentiæ conceptu continetur; ergo hoc essenziale, ipsaque essentia, sine relatione, & origine non potest explicari.

Quartò probatur, quòd essentia clauditur conceptu relationis: Pater & paternitas

1. argum.
Contra 1. partē 1. sententiæ.
1. locus.
S. Athan.

2. locus.

Cōtra utrāq; p.
Nazianz.

Contra 2. p.
1. locus.
S. Thom.

Contra utrāq;
2. locus.

Contra 1. p.
3. locus.

2.
Contra eandē,
Ratio.

Confirm.

S. Thom.

3.

2. arg.

4.

3. arg.

Contra 2. p.
4. arg.

1. argum.

ternitas nō differunt conceptu, sed modo significandi abstracto, aut concreto; sed Deitas est de conceptu Patris: ergo est de conceptu paternitatis.

6. 5. arg. Quinto: Proprietas naturæ non potest intelligi sine ipsa natura, quam in suo conceptu continet, vt Petritas continet humanitatem; sed relatio diuina est proprietas naturæ diuinæ; ergo in suo conceptu illam includit.

7. 6. arg. Sexto: Relatio realis non potest separari à ratione entis, ens autē est id quod existit; sed existentia relationum diuinarum est ipsa essentia diuina, vnde S. Thom. 1. contra gent. cap. 32. ait nihil in Deo reperiri quod non sit ipsum esse diuinum: ergo relatio non potest seiungi à ratione & conceptu essentia.

S. Thom.

Aduertenda.

8. 1. aduert. Aliquid continetur in definitione dupliciter 1. vt extrinsecum definito. Exemplum. 2. vt pars definiti intrinseca. Exemplum.

Primum est in hac questione aduertendum, quod aliquid continetur in definitione etiā si sit à re definita distinctum; eō quod ea res nequeat explicari absque aliquo extraneo, cū quo est cognitione coinuncta: vt simitas definitur per nasum, quia est nasciturus. Aliquid verò continetur in definitione, vt pars definiti, eō quod simplici conceptu apprehendamus plura ex quibus vnum componitur; vt vno conceptu hominis simul naturam animantis, & rationalis intelligimus, confuso tamen. Dum ergo conceptum confusum hominis explicamus definiendo; partes definitionis, scilicet animal & rationale, continentur in definitione, vt intrinseca in ipsa re definita confuso cognita.

9. Relatio vt natura proprietatis est, continet naturā in suo conceptu, vt extrinsecum, per quod definitur.

Relatio autem diuina potest duobus modis attendi: primò, vt est proprietas naturæ, quo pacto definitur per naturā; non quod natura contineatur in conceptu eius, vt pars intrinseca, sed vt extrinsecum per quod definitur, vt materia per formam: at verò vt relatio est, nō includit in suo conceptu essentiam diuinam, quæ est alia ratio formalis diuersa. Ita quoque essentia vt essentia est, nullo modo includitur in cōceptu relationis. Sed essentia vt est ipsum esse, continetur in conceptu relationis; non vt relatio est ad aliud, hoc est, non vt comparatur ad relationem oppositam, quia vt sic distinguit, sed vt relatio ipsa est ad se, scilicet vt existit. Eo autem modo inuenitur existentia in conceptu relationis,

Relatio vt sic, non includit essentia vt sic.

Relatio vt est ad se, scil. vt existit, continet essentiam, vt huc est ipsum esse, seu continet existentia essentialia.

nitur existentia in conceptu relationis, quo inuenitur perfectio, quod postea declarandum est.

Hoc ergo permittendum est Bartholomæo Torres, quod relatio non vt est ad aliud, sed vt est existens, aliquo modo postea explicando, continet existentiam essentialiam, quæ est ipsa essentia diuina.

Est etiam aduertendum quod etsi essentia & relatio, tota ratione formali distinguantur; persona tamen diuina vtrumque continet in suo conceptu; sicut animal & rationale conceptu distinguuntur, & vtrumque continetur in conceptu hominis; quod libr. 4. elucidabimus.

Hoc etiam loco considerandum est illud, quod docet Thom. Caiet. 1. p. q. 29. ar. 1. in Deo esse rem vnam non purè relatiuam, neque purè absolutam, neque mixtam aut compositam ex relatiuo, & absoluto: loquitur autem de ipsa Deitatis natura, prout in se est: nam nostro intelligendi modo, relationem ab absoluto quod est essentia, discernimus. Quod si hæc distinctio esset in re ipsa; tunc essentia esset purum absolutum; & relatio pura relatio; & persona esset ex ijs composita.

Deinde affirmat hanc eandem rem, putà diuinam essentiam, comparatam cū intellectu esse rationem vnam obiectā, quæ est simul & absoluta, & relatiua; neque solūm rationem vnam, sed vnicam constituit.

Hæc tamen doctrina Caietani sale indiget. Primū, si sermo sit de nostro intellectu, nō est vna ratio formalis absoluta, & relatiua; cum hæc differant suis conceptibus, quibus ratio formalis obiecta adæquatur. Postea verò, si compareremus essentiam cum visione beata, qua simul personæ videtur; fateor quod vna est ratio obiecta, scilicet ratio formalis, quæ est forma in obiecto apprehensa, scilicet Deitas: ita enim id quod est præcipuum in obiecto, nostro modo intelligendi, nuncupamus; & essentiam diuinā comparantes cum visione beata, dicimus obiectum formale, siue rationem formalem obiecti. Sed tamen res cognita in Deo nō est vnica, cum sint res tres cognitæ, scilicet personæ tres. Verūm, quia Caiet. credidit in conceptu diuinæ essentia, etiam extra visionem, includi relatio-

10. Torres.

11. 2. aduert. Persona continet essentia, & relationem in suo conceptu. Exemplum.

12. 3. aduert. De Deitate prout in se est Caietani

1. assertum, quod neque est purè relatiua, neque purè absoluta, neque composita ex vtraque ratione.

13. De Deitate cōparata cum intellectu 2. assertum, quod est ratio obiecta vnica simul absoluta, & relatiua.

14. Hoc 2. assertū, si loquitur de intellectu nostro, negatur in 3. sent. tradita c. 28. n. 5. Si de intellectu beato, affirmatur, quod Deitas est eiusmodi ratio vna obiecta, scilicet ratio formalis, quæ est forma in obiecto apprehensa.

Sunt si tres rescognite, nō verò vnica.

Decernitur hoc assertum, loqui de intellectu nostro.

Reijcitur,
sive ratio obie
cta sumatur, p
ratione forma
li: sive pro re
quavis cogni
ta.

15.
Objectio.

Responsio.

3. sent. de qua
proxime, loqui
tur de essentia
diuina signifi
cata nostris no
minibus, & cō
ceptibus extra
visionem.

Nullam no
men explicat
quid est Deus.

16.
Ad 1. arg.

Ad 1. locum
S. Athan.

Coloss. 2.

Ad 2. locū af
ferentem quod
proprietas Pa
tris constituat
essentiam Fi
lij.

Falsa interpr.
pro 1. sententia.

Vera interpr.
id est, Pater qui

relationes; posuit vnam rationem for
malem adequatam Deitatis, in qua cō
tineantur relationes. Nos verò contra
ria opinantes, negamus in illa ratione
formali extra visionem Dei contineri
relationes; nam si ratio formalis desig
net formam in obiecto apprehensam, fa
temur illam esse Deitatem; sed negamus
in conceptu illius contineri relationes.
Si verò ratio obiecta significet rem quā
uis cognitam, negamus extra visionem,
esse rem vnam cognitam sive rem vni
cam, sed res tres. Imò & in visione bea
ta, res cognita non est vnica, quia vnica
excludit numerum; sunt autem res cog
nitæ tres, Pater, Filius, & Spiritus San
ctus.

Quòd si obijcias saltē in visione bea
ta relationes contineri in essentia aper
tè visa. Respondendum est nomina no
stra non significare res diuinas, nisi me
dijs conceptibus extra visionem, vt lib.
5. docebimus. Satis ergo nobis est, quòd
vt res diuinæ significantur nominibus,
relationes non includuntur in essentia.
Hoc enim constituimus præcedenti ca
pite. At verò in essentia apertè visa cō
tinentur relationes nihilo distinctæ ab
essentia visa: sed id quod videtur, nullo
nomine potest explicari; quia nullum
nomen explicat, quid est Deus, vt lib. 5.
docebimus.

Responsio

AD primum argumentum, quæ ex
parte fulcitur auctoritate Patrum,
respondetur S. Athanas. loco priori pro
bè dixisse quòd plenitudo diuinitatis est
Pater, & Filius, vt ostenderet nihil Dei
tatis in vno & altero deesse; & videtur
alludere ad locum S. Paul. Coloss. 2. *In
quo habitat plenitudo diuinitatis*, hoc
est tota diuinitas, vel etiam vera diuini
tas, non adumbrata, & quasi externa, &
vacua; quod est nomen solum diuinita
tis, non relationum. At verò loco poste
riori incredibile est, S. Athanas. docuisse,
quòd proprietas Patris constituat esse
tiam Filij, hoc est, quòd sit quasi pars,
aut forma essentia; neque enim verba
hoc vilo modo significat; neque his ver
bis Doctorum quispiam vsus est; perso
na enim constituitur proprietate, non
verò essentia. Sed quia Ariani negabāt
Filium esse propriè & verè Deū, inquit

A S. Athanas. proprietatem Patris essen
tiam Filij constituere; hoc est, Patrē qui
propriè Pater est, argumētum esse, quòd
Filius propriè sit de eius essentia: argu
mentum enim cōstituit propositionem,
quam volumus comprobare. Et ita vna
proprietas ponit, vel constituit alteram
in eadem essentia, quia non est Pater si
ne Filio, neque sine Patre Filius. Sāctus
verò Gregor. Nazianz. edocuit dogma
planissimū fidei, quòd Deitas sit in per
sonis tribus, & tres personæ sint ipsa Dei
tas, quæ est in tribus. Quòd autem rela
tio, & essentia contineant se se in con
ceptu formali, neque suspicatus est: ma
ximè cum ibi loquatur de personis, quæ
sanè continent essentiam, vt diximus;
nos verò loquimur de relationib'. Post
hos S. Thom. in primo loco significauit
essentiam esse de conceptu personæ, si
cūt animal est de conceptu hominis, &
hoc liquet in exemplo quod S. Doctor
adhibuit, vt Deus est de conceptu Pa
tris; sed non dixit quòd essentia sit de
conceptu proprietatis, aut relationis.
In secundo loco cautissimè loquutus est
S. Thom. cum enim disputaret de his,
quæ continentur nomine relationis vt
cun que, sine formalitè, sine non forma
litè, seu materialitè, vt aiunt; obseruat
nomine relationis creatæ contineri rem
aliam absolutam, sine subiectum, sine fū
damentum: nomine verò relationis di
uinæ non contineri rem aliam absolutā,
scilicèt rem distinctam, sed rem eandem
significari nomine absoluto, & relatiuo.
Nos verò id ipsum asserimus, relationē
& essentiam non esse aliam, & aliam rē;
sed rem eandem duobus nominibus sig
nificatam. Deindè addit S. Thom. quòd
in perfectione essentia continentur om
nia diuina sine absoluta, sine relatiua: nō
dixit omnia contineri nomine essentia,
sed contineri in perfectione essentia;
quod verissimū quoque est: omnia e
nim diuina sunt vna simplex perfectio,
vt hoc lib. dicemus. Et hoc idem docet
S. Thom. 3. in loco, scilicèt quòd in per
fectione diuini esse contineantur etiam
personæ. Quòd verò essentia, & relatio
in suis conceptibus se includant, neque
iannit, neque vilo modo significat.

B **C** **D**
Ad argumentum respondetur, quòd
Deitas habet propriam subsistentiā ab
solutam, quæ omnino intrinseca est, quia
est ipse modus entis, vt lib. 4. explica
bimus:

propriè Pater
est, argumen
tum est, quòd
Filius propriè
sit de eius es
sentia.

Ad Naz.
ex 2. aduert.

Ad 1. locum
S. Thom.
ex 2. aduert.

Ad 2. locum.

In Deores es
dem significa
tur duobus no
minibus, & cō
ceptibus, scil.
absoluto, & re
latiuo.

Ad 3. locum.
Omnia etiā
relatiua conti
nentur in per
fectione essen
tia; non verò
nomine essen
tia.

S. Thom.

17.
Ad rationem
de subsistentia
absoluta, lib. 4.
cap. 34. p. 2. &
p. 3. n. 2.

Subsistentia
relatiue nō sūt
extra essentia,
sed bene extra
cōceptum es-
sentia.

Ad confirm.
Deus est tri-
nus non essen-
tialiter, sed per
sonaliter, in-
trinsecè tamē
& per se.

18.
Ad 2. argum.
ex 3. aduert.
Visio est rei
ipsi, prout est
in re ipsa.

19.
Ad 3. arg.
Illud vltimū
essentiale, scil.
esse communi-
cabile, ad quod
sequuntur hypo-
stases, origi-
nes, & relatio-
nes, continet
hæc in sua defi-
nitione, vt po-
steriora, atque
ad eō extrinse-
ca cōceptui de-
finiti, vt in 1.
aduert.

20.
Ad 4. arg.
Pater vt est
nomē puræ re-
lationis nō in-
cludit essentia,
vt est nomen
personæ, maxi-
mè, vt in 2. ad-
uert.

21.
Ad 5. arg. ex
1. aduert.

bimus: nihilominus quia sunt adhuc in
Deitate tres subsistentia relatiua, & in-
communicabiles; eæ quidem non sunt
extra essentiam, sed bene extra concep-
tum essentia; quia perfectè intelligimus
essentiam, non intellectis adhuc relatiuis
subsistentijs. Ad confirmationem negat-
ur antecedens, quod Deus essentialiter
sit trinus, sed personaliter: est tamen in-
trinsecè trinus, quia personæ non distin-
guuntur ab essentia. Et hoc satis est vt
sit per se (scil. per identitatem) illa pro-
positio, Deus est Pater, vt lib. 5. dicem⁹.

Ad secundum respondetur, quod illa
quæ sola ratione distinguntur, non pos-
sunt in visione separari; quia visio est rei
ipsius, non prout intelligitur cum distin-
ctioe rationis, sed prout est in re ipsa
vna & simplex. Necessè est ergo vt qui
videt essentiam, videat personas; cum
singulæ personæ, & essentia sint res vna.

Ad tertium respondetur, quod illud
vltimum essentialè ad quod sequuntur
hypostases, origines, & relationes, non
potest definiri sine illis: sed definitur si-
militer quasi per distincta, & sequentia;
id enim quod est consequens, non est
pars intrinseca in definitione prioris;
quia priora non continent in suo concep-
tu posteriora quasi partes essential-
es, quibus intrinsecè consistunt. Quare
argumentum hoc è manu aduersarij eri-
pimus, & retorquemus: quoniam si hæc
sunt sequentia ad omnia essentialia, po-
steriora sunt toto conceptu essentia, &
non intima, sed extranea. Sunt ergo re-
lationes diuinæ non extra essentiam, sed
extra conceptum essentia.

Ad quartum respondetur, quod Pa-
ter vt est nomen puræ relationis, solo
modo significandi differt à paternitate,
& ita non includit essentiam, aut essen-
tia Patrem: sed vt est nomen personæ,
differt à paternitate quasi totum à parte
nostro intelligendi modo, quo hæc in-
telligimus distincta; quia paternitas est
proprietas personæ: & ita proprietas &
essentia non includunt se in conceptu;
persona autem vtrumque includit, vt di-
ximus.

Ad quintum respondetur, quod pa-
ternitas, vt est proprietas personæ defi-
nitur per naturam diuinam cum qua cō-
iungitur, quasi per aliquid distinctum in
conceptu, vt similitudo definitur per nasū;
sed natura non est pars definitionis in-

tima, quæ in ipsa proprietate definita
contineatur, vt in notationibus præmo-
nuimus.

Ad sextum iam diximus, quod rela-
tio diuina vt est in aliquo, includit exi-
stere, quod est ipsa essentia; vt verò est
ad aliud, non includit existere. Secundo
respondetur abundè magis, quod rela-
tio vt est ens, non includit in suo concep-
tu existentiam quasi intimam, sed
quasi adiunctam: ens enim est res siue
quidditas, cui conuenit existere. Rela-
tiones ergo diuinæ sunt res quibus con-
uenit existere; sed existentia non est de
conceptu relationum, vt pars definitio-
nis intrinseca; sed quasi res extrinseca
ad quam ratio quatenus ens, habet or-
dinem, & conuenientiam. Quod postea
explicabimus elucidantes, quo pacto di-
uinæ relationes sint perfectæ: & ideò ip-
sa existentia non clauditur in conceptu
relationis.

CAPVT XXX.

*Relatio diuina est in essentia, & in
persona; sed non dat nomen
essentia.*

DE distinctione relationum diuinæ
rum ab essentia, & à se ipsis egimus;
pergendumque est ad eam questionem,
an ratio diuina sit in ipsa essentia di-
uina, sicut est in persona diuina: cum e-
nim ratio sit in aliquo, & sit ad ali-
quid, vtraque notio relationis est nobis
tractanda. Hoc autem cap. meditatur
relationes diuinas prout sunt in aliquo,
scilicet prout sunt in essentia, & in per-
sonis.

Quoniam verò cognitio rerum natu-
ralium comitatur perpetuò Philosophiā
de diuinis; ostendendum est, quo modo
ratio creata sit in aliquo: est enim in
subiecto, & in fundamento, in quibus
inesse dicitur; tum quia existentia re-
lationis pendet ab existentia vtriusque:
tum etiam quia dat nomen subiecto; &
quandoque etiam dat nomen fundamē-
to, non semper tamen: verbi gratia, simi-
litudo est in albedine, & in papyro, quia
eius existentia non pēdet ab existentia
vtriusque, tanquam à subiecto cui inest;
inest enim papyro media albedine, &
vtrique dat nomen: nam papyrus dicitur
similis, & albedo etiam similis. Pa-
ternitas

22.
Ad 6. argum.
1. Respons. ex
1. aduert. ad fi-
nem.
2. Respons.
Relatio qua-
tenus ens, con-
tinet in suo cō-
ceptu existen-
tiam, quasi re
extrinsecā, &
adiunctam, ad
quam ens ha-
bet ordinem,
& conuenien-
tiam.

1. prænot.
Relatio creata
est in supposi-
to, vt in subie-
cto, & in for-
ma suppositi,
vt in subiecto
1. quia habet
existentiā ab
vtrouque pen-
dentem.
2. quia dat no-
mē partim v-
trique, vt simi-
litudo, partim
subiecto tantū,
vt paternitas.

ternitas verò creata est in supposito; & est etiã in forma, siue natura suppositi, quæ Filio communicata est, & ea est relationis fundamentum; quod tamen nõ accipit nomen relatiuum, quia anima non est Pater, neque humanitas est Pater, sed homo.

Relatio autem diuina diuerso modo est in essentia, & supposito; quia neque in essentia est vt in fundamento, quod iã docuimus; neque in supposito vt in subiecto à quo habeat esse. Aduertendum enim est quòd esse siue existere relationis diuinæ, est ipsum esse diuinum essentialiale, quod ordine cognitionis antecedit personas, vt lib. 4. dicemus: quare relatio diuina non habet esse à personis, sed ab essentia; nõ tamẽ vt à subiecto, eò quòd relatio diuina nõ habet esse distinctũ ab essentia, sicut accidentia habent esse distinctum, & ita esse accidentis pendet ab esse subiecti, & substantiæ: relatio autẽ diuina non pendet hoc pacto ab essentia diuina, cũ idẽ esse sit relationis, & essentia. Post hæc relatio diuina vt est in essentia, siue vt est existens, habet esse absolutũ; at verò vt est in supposito, nihil significat absolutum, eò quòd suppositum nihil absolutum habet præter essentiam. Relatio ergo diuina, prout est in supposito, ab essentia per conceptum distincto, nõ est in aliquo absoluto, sed in aliquo relatiuo; neque habet esse à supposito, sed diuinitatẽ est forma suppositi, vt statim explicabimus. Quamobrem diuina relatio prout est in aliquo, aliquandò significat absolutum, scilicet, prout in essentia existit, est ipsa essentia; aliquandò verò significat etiam, in, relatiuum, scilicet, prout est in supposito, quod relatiuum est. Et hoc maxime memoriæ cõmendandũ.

Dicendum ergo primò est, quo pacto relatio sit in essentia. Aliquid autem dicitur esse in aliquo eò quòd non sit extra illud; & hoc pacto, idem est in se ipso, vt notauit S. Thom. 4. Physicor. tex. 2. & ibidem ait Arist. nihil esse in se ipso, nisi per accidens. Per se autem hoc ita est in illo, vt illud non sit rursus in hoc. Quomodo verò Pater, & Filius sint in se inuicem, lib. 5. dicendam est. Itaque paternitas est in essentia, sed essentia non est in paternitate; & relatio est in supposito, sed suppositum non est in relatione; si verò esset vnum in alio solum per accidens propter identitatem, ita

A esset essentia in relatione, sicut relatio in essentia, cum vtrumque sit idem.

Quocirca Præpositiuus, qui non distinguebat relationes à personis, & essentia, neque re ipsa, neque ratione; negabat eas esse aut in essentia, aut in personis: obijciebatq; relationes diuinas nõ esse in essentia tanquã in re relatiua, eò quòd essentia non refertur, vt parte 2. dicemus; sed neque esse eas in essentia vllò modo illorum, quos Arist. lib. commemorato recensuit text. 23. & hoc nobis reliquum est explicandum.

Aduertendum est autem, quòd cum relationem esse in essentia, significet tantummodò nostrum modum intelligendi, quo hæc distinguimus, & iterum copulamus; modus hic existendi in aliquo nihil est in re ipsa, sed est res vna existens; non verò est res vna in alia existens, essent quippè res distinctæ. Non est igitur admirabile, quòd modũ hunc nõ inueniamus in rebus creatis; nam in illis, modus est realis quo vna res in alia distincta existit: in Deo verò non est realis modus existendi, quo relatio existat in essentia; cum hæc re ipsa distincta nõ sit: nihil autem est in se ipso.

Notro autem intelligendi modo primum assertum S. Thom. verissimum est d. 33. q. 1. art. 3. ad 3. quòd relatio est in essentia tanquã in præintellecto siue præexistente; si enim consideremus relationem diuinam, vt relatio est, non vt proprietates; illa existit per esse absolutũ, & per ipsam essentiam, & est consequens essentia: est ergo in essentia tanquã in præexistente: cum enim nõ habeat esse distinctũ, sed idem esse, solo ordine cognitionis habet esse ab essentia, quia essentia prius intelligitur existens, quã relatio consequens; & ita siue effectus est in causa, & non causa in effectum ita consequens est in præexistente, & hoc modo etiã creata relatio est in fundamento; non tamen putandam est quòd essentia sit aut causa; aut fundamentum diuinæ relationis; sed ordine rationis duntaxat intelligitur præexistens, vt sicut vnum attributum est ratio alterius, ita essentia diuina est ratio relationis.

Secundum assertũ eiusdem S. Doctoris est, quòd si relatio consideretur, vt proprietates personalis, quæ est propria vnius personæ; est in essentia, vt differentia in specie.

Cõtra 1. & 2. p. inscriptionis. Præpositiuus cõsonus ad suã sententiam de omni modo identitate, de qua alibi. Eius argum.

Aristot.

Aduert. Modus existendi in aliquo, quo relatio existit in essentia, non est realis, nec est esse rem vnam in alia existentem; sed esse rem vnam existentem.

7. pars inscriptionis.

1. assertum S. Thomæ.

Diuina relatio est in essentia tanquã in præintellecto, siue præexistente.

Ostenditur de relatione, vt sic.

Cũ habeat idẽ esse ipsius essentia, ab hac solo ordine cognitionis habet esse.

Sicut vnum attributum est ratio alterius, ita essentia diuina est ratio relationis.

2. assert. eiusdem.

Eadem relatio vt proprietates vnius personæ est in essentia vt differentia in specie.

Relatio diuina non est in essentia, vt in fundamento, neq; in supposito vt in subiecto, à quo habeat esse, siue existere. Habet esse ab essentia, nõ tamen vt à subiecto. Ostenditur. Ut est in essentia siue vt existens est, habet ab ea esse absolutum; & significat, in, absolutum. Ut est in supposito ab essentia per conceptum distincto non habet ab eo esse, sed est duntaxat eius forma, & solũ significat, in, relatiuum. Dicendum ergo primò est, quo pacto relatio sit in essentia. Aliquid autem dicitur esse in aliquo eò quòd non sit extra illud; & hoc pacto, idem est in se ipso, vt notauit S. Thom. 4. Physicor. tex. 2. & ibidem ait Arist. nihil esse in se ipso, nisi per accidens. Per se autem hoc ita est in illo, vt illud non sit rursus in hoc. Quomodo verò Pater, & Filius sint in se inuicem, lib. 5. dicendam est. Itaque paternitas est in essentia, sed essentia non est in paternitate; & relatio est in supposito, sed suppositum non est in relatione; si verò esset vnum in alio solum per accidens propter identitatem, ita

9. 3. assertū explicans primū: Proprietas hypostatica est in essentia quasi in principio non reali, sed præcipuo, quod nostro modo intelligendi constituit personam seu hypostasim.

Declaratur.

In creatis, essentia communis non est principium reale plurium proprietatum (seruat unitate communi, quæ est rationis).

10.

Diuina essentia communis pluribus hypostasibus, non est principium reale proprietatum ob indistinctionem, non verò ob defectum unitatis realis.

11.

4. assertū explicans primū. Eadē proprietates, ut relatio, est in essentia, sicut relatio creata est in fundamento, quoad hoc quod habet ab eo existentiam.

Declaratur.

S. Thom.

Magist.

Alensis.

Sunt etiam proprietates hypostaticæ in essentia diuina ad eum modum quo in essentia creata communicabili sunt hypostaticæ proprietates contentæ quasi in principio. Et eæ possunt considerari contentæ in essentia communi, & indiuidua: in essentia indiuidua singulatim continetur proprietas vna, ut in principio, & causa reali; hæc enim humanitas eo ipso quod est principium constituens Petrum, est quoque principium Petritatis, quæ est Petri proprietas; & illa humanitas quæ constituit Paulum est Paulitatis principium aliquod reale. Humanitas verò communi conceptu, sicut non est vna extra humanitates plures, ita neque est reale principium plurium proprietatum hypostaticarum seruata unitate communi; sed est similiter principium reale plurium proprietatum, non re ipsa vnum, sed solo conceptu vnum.

Hæc autem in Deo dissimilia sunt; nam essentia quidem diuina non est reale principium proprietatum hypostasum, sicut neque ipsarum hypostasum principium reale est, cum ab illis sola ratione distinguatur. Sed quia diuina essentia communis pluribus hypostasibus, non est sola ratione vna, sed unitate reali vna est: nostro intelligendi modo vna & eadē essentia est principium constituens hypostases tres; & ita cum singulis comparata eadē essentia ut indiuidua, est quasi principium indiuiduæ proprietatis: quia in Patre est principium paternitatis, sicut & Patris; & in Filio filiationis, sicut & Filij; principium, inquam, non reale, sed nostro modo intelligendi, ut iam monuimus. Et ita proprietates sunt in essentia quasi in principio præcipuo quod personam constituit, vnde intelligitur quasi orta proprietas ipsius personæ, siue hypostasis.

At verò eadem proprietas, ut relatio est, est in essentia ad eum etiam modum quo relationes creatæ sunt in fundamentis: nam etsi essentia non sit fundamentum proximum diuinæ relationis; tamen diuina relatio existit existentiam diuinam quæ est ipsa essentia. Et ita quoad coniunctionem secundum existentiam, ita coniungitur diuina relatio cum essentia, sicut relatio creata cum fundamento cui adhaeret, quia habet ab eo existentiam. Hoc ita declarat S. Thom. dist. 33. cum Magistro, & Alexandro Alensi 1. p. q. 8. membr. 6. art. 3.

Relatio autem spiratoris est quidem in essentia duntaxat ut in præexistente, eo modo quo sunt relationes in fundamento, coniunctæ cum illo secundum quod ab illo dependet relationum existentia. Non est relatio spiratoris in diuina essentia, ut proprietas hypostasis, quæ essentiam sequitur: singulare enim est in Deo, in quo nihil est accidens, ut aliquid sit commune duabus personis præter essentiam; ita ut illud commune neque essentia sit, neque accidens, neque proprietas hypostasis, sed duarum hypostasum quasi communis proprietas, quæ hypostases non constituit, sed sequitur. Est ergo hæc relatio in essentia tanquam in præexistente; quia ea quoque relatio sequitur essentiam, ab eaque habet esse, vel potius existit per illam, ut de cæteris diximus. Est verò in supposito ea relatio quasi accidens, ut S. Thom. docet in sentent. non tamē quasi in subiectis; sed est quasi accidens, idè duntaxat, quia nostro modo intelligendi adijcitur personis iam constitutis, quod erit lib. 4. declarandum.

Perpicuus autem est magis ille modus quo relatio diuina est in supposito; nam ut relatio est, est in relato: singulare enim est in Deo, ut id quod est relatū, non sit absolutū, sed sit ipsa res relatæ: eò quod relatio subsistit, & ipsa relatio est res relatæ. Ad eum ergo modum quo Deitas est in Deo, duntaxat penes modum significandi, quia Deus est habens Deitatem, & Deitas est res quæ habetur; ita relatio diuina ut sic, est in relato, quia relatū est quod relationem habet, cum relatū & relatio res sit eadē. At verò diuina relatio conceptu relatiuo, aduenit personæ constitutæ, ut lib. 4. dicemus; & ita id quod est relatū, est persona, & distinguitur ratione formali à relatione; & hoc modo relatio est in persona diuina quasi accidens adueniens. Sed si eadē relatio comparatur cum persona ut proprietas, relatio est in persona diuina, sicut proprietas hypostatica est in persona creata quasi distincta à natura, & à persona, quia persona significat non solam relationem, sed etiam naturam; & ita relatio diuina est in persona, ut proprietas constituens personam, & reddens incommunicabilem. Hoc tamen est discrimen quod proprietates creatæ habent esse à supposito, quod primò existit, ut lib. 4. dicemus; diuinæ

12.

Hoc modo etiam relatio spiratoris est in essentia.

Non est in essentia ut proprietas hypostasis, quæ essentiam sequitur.

Est duarum hypostasum quasi communis proprietas.

Hæc relatio est in supposito, ut accidens. S. Thom. Nō tamen est in illis quasi in subiectis.

13.

2. pars inscriptionis:

Diuina relatio ut sic, est in relato quod non est absolutum sed ipsa res relatæ, scilicet persona

Sic Deitas est in Deo, duntaxat penes modum significandi.

Diuina relatio conceptu relatiuo, distinguitur ratione formali à persona, & est in illa, quasi accidens adueniens.

Eadē relatio ut proprietas, est in persona, ut constituens illam, & reddens incommunicabilem.

Proprietates creatæ habent esse à supposito, quod existit

diuina verò ab
essentia que est
ipsū existere.

14.
3. pars inscrip-
tionis.

Ex S. Thom.
sicut essentia
nō generat Fi-
lium; ita nec
refertur ad il-
lū, ob indistin-
ctionem.

Essentia est re-
latio: non ta-
mē est relati-
uū. In 1. est sensus
identicus: in 2.
formalis.

15.
Mar. Vict.
locus explica-
tur vt lib. 2. c.
62. p. 2. n. 1. &
6.

Psal. 109.

Nō rectē ab eo
nomē matris
relatiuū tri-
buitur Deitati,
etiā metapho-
ricē.

16.
Difficultas
proposita à
Magist.

Solutio.

Re ipsa rela-
tio & relatiua
& essentia res
vna sūt in Deo.
Essentia cū si-
gnificetur qua
si forma subsi-
stentis, nō ge-
nerat, nec re-
fertur, quare ne-
que determina-
tur, neque dis-
tinguitur.

At Deus gene-
rat & refertur,

diuina verò habent esse ab essentia,
quæ est ipsum existere, vt antea notau-
mus: est ergo diuina relatio, & in essen-
tia, & in personis.

Quòd verò relatio diuina quamuis
in essentia sit, & in personis, non tamen
tribuat nomen essentia, sed personis,
compertum est apud Catholicos, vt lo-
co iam dicto S. Thomas etiam docuit;
sicut enim essentia non generat, ita ne-
que refertur: sicut enim impossibile est
quòd aliquis generet, nisi sobolem dis-
tinctā à se ipso; ita impossibile est quòd
ad se ipsum referatur reali relatione:
quia ergo essentia non est res distincta
à Filio; neque generat Filium, neque re-
fertur ad illum. Et idè S. Thomas ait
quòd relatio in abstracto prædicatur de
essentia in sensu identico, vt dicamus re-
lationem esse essentiam ipsam, hoc est,
non esse rem distinctam; negamus ta-
men essentiam referri, aut esse relatum:
quia est sensus formalis, quòd essentia
referatur, quòd est impossibile, sicut
quòd essentia generet.

Et quidè Marius Victor. lib. 1. con-
tra Arium, Spiritum Sanctū, id est, Dei-
tatem (sic enim intelligit) appellauit ma-
trē Iesu supra, & deorsum, id est, diuinit^o,
& humanitū. Nam etsi appellet matrē,
forsitan quia Filius de illa procedit, de
quo dictum est Psal. 109. *Ex utero genui-
te;* & iterum vsu aliorū Patrū dicat Dei-
tatem generantē: tamen nomen matris
relatiuū nō debuit tribuere Deitati etiā
metaphoricē, ne daret locum nouæ cui-
piam hæresi. Itaque Deitas non refertur
reali relatione ad personas diuinas.

Dubiam tamen quæstionem hoc loco
proposuit Magister à qua semetipse non
explicuit, quomodò sc. relatio sit in esse
tia, & non determinet, hoc est, non diui-
dat, ac distinguat essentiā? Et idè est, quo-
modò relatio sit in essentia, & essentia nō
referatur? Ad hoc aduertendum est, quòd
relatio est in essentia nostro modo intel-
ligendi duntaxat: nam re ipsa relatio, &
relatum, & ipsa essentia, res vna sunt; ita
vt vna in alia esse nequeat, vt docuim^o.
Essentiam autem significamus quasi for-
mam alicuius subsistentis; quo pacto ne-
que essentia generat, neque refertur; qua-
rè neque determinatur, neque distingui-
tur. Nomine autē Dei significamus sub-
sistentem; quare Deus generat, & Deus
refertur. Non tamen concedendum est

A quòd Deus distinguatur à Deo, sicut cō-
cedimus quòd Deus generat Deū; distin-
ctio enim significat negationē vnitatis:
quare videtur significari quòd non sit
vna Deitas: sed rectè dicitur quòd is qui
Deus est, distinguitur ab eo qui Deus
est; ita vt sit negatio vnitatis inter per-
sonas, quia hæc persona non est illa. An
autem hic Deus sit hic Deus, ostensis
distinctis personis, lib. 5. dicemus.

Non tamen
distinguitur
De^o à Deo, sed
is qui Deus est
ab eo qui Deus
est.

CAPVT XXXI.

*Relationes diuinae sunt perfectæ, & bonæ,
& personarum diuinarum perfe-
ctiones formales.*

B AD quæstionē celeberrimā, ac per-
difficilem ventum est, quam vt me-
lius explicaremus, longā antea fecimus
disputationem de perfecto, de bono, &
de relationibus creatis, vtrumne perfe-
ctæ sint & bonæ; vt ea tandē quæstio de
diuinis relationibus tractetur, quæ hoc
loco occurrit. Caput distribuimus in
partes tres.

Prima pars: *Relationes diuinae sunt ex
propria ratione perfectæ, & bonæ.*

Secūda: *Refutatur quedā opinio cir-
ca perfectionē diuinarum personarū.*

C Tertia: *Relatio diuina est formalis per-
fectio diuinae personæ.*

PRIMA PARS.

*Relationes diuinae sunt ex propria ra-
tione perfectæ, & bonæ.*

I N hac quæstione primo statim loco
sensus quæstionis aperiendus est, ne
nomine tenus dissidetes propter æqui-
uocationē laboremus frustrā; docuim^o
enim superius relationē cōparari ad ali-
ud, sc. ad terminū; & cū aliquo, scilicet cū
subiecto. In illa cōparatione considera-
mus, ad, relatiuum: in ista verò conside-
ramus, in, relatiuum. Et ita ipsa ratione co-
gitādi diuidimus in relatione eadē, ad, &
in; cū tamen omnino sint idē. Relatio er-
go creata etiā vt est ad aliud, est ens; nō
tū vt est ad aliud, est accidēs, hoc est, nō
intelligitur vt accidēs; quia vt est ad ali-
ud nō cōsideratur in subiecto: ipsū tamē
ad aliud est verè & formalitèr accidēs, &
in subiecto est, siquidē ad aliud, & in ali-
quo, non sunt res duę in relatione eadē,
sed vna & eadem relatio simplicissima.

I.

Prænotandū
ex cap. 3. n. 5.

In relatione
eadem cōside-
ratur ad, & in.

Item ex eodē
cap. n. 10. & 11.
& ex cap. 4. n. 7
relatio creata
etiā vt est ad
aliud, est ens,
& est verè ac-
cidēs; non ta-
mē est accidēs
hoc est, nō in-
telligitur vt ac-
cidēs.

2.
Non est questio de relatione, ut est ad aliud, an sit perfecta, & perfectio.

Ratio.
Omnis existentia est absoluta, & ad se.
Omnis perfectio est alicuius subiecti.

Doctrina c. 9. n. 9. & 10. est vera de relatione reali, ut relatio est absolute, si uè in actu signato.

In hoc eodem sensu est questio presens de relationibus diuinis.

Declaratur.

3.
1. partē inscriptionis negat
Capreol.
Caiet.
Scot.

Durand.

Richard.

Cum ergo querimus tam de relatione creata, quam diuina, an sit formaliter perfecta & bona; & utrum formalis perfectio sit: non facimus questionem de relatione ut est ad aliud; quia sensus eius questionis est, an sub ea consideratione qua ad aliud refertur, sit perfecta, & perfectio. Nam ut est ad aliud non intelligitur existens: existentia enim etiam relationis, est absoluta, & ad se. Multo uero minus est perfectio; perfectio enim est alicuius subiecti: relatio uero ut est ad aliud, non est alicuius, sed ad aliud; quia non comparatur cum subiecto; sed cum termino: omnia ergo hæc neganda forent de relatione creata, quæ antea esse uera statuimus, si relationem considerarem, ut est ad aliud. Questio ergo est, an relatio realis sub propria ratione generis, quatenus relatio est; non quidem illo modo intelligendi, ut ad aliud comparatur, sed absolute, siue, ut ita dicam, in actu signato, ut est quædam res ab alijs rebus genere distincta, quo pacto est accidens in subiecto existens, sit perfecta & bona. Quo eodem sensu querimus de relationibus diuinis, an perfectæ, & bonæ formaliter sint ex propria ratione? & sintne formales perfectiones personarum? Cum enim relatio diuina sit quædam ratio formalis animo comprehensa, distincta ab essentia diuina; de relatione sic cognita percontamur, sintne ex propria ratione perfecta, & non solum propter identitatem cum essentia. Nam si propter solam identitatem relatio est perfecta, relatio ipsa non est perfecta formaliter; sed dicendum erit relationem esse essentiam diuinam formaliter perfectam, ita ut non relatio, sed essentia formaliter perfecta dicatur.

Ioan. Capreol. in 1. d. 7. q. 1. art. 2. uidetur sentire relationem diuinam non esse formaliter perfectam. Idem opinatus est Thom. Caiet. 1. p. q. 28. artic. 2. ad 3. & de ente, & essentia cap. 2. & Ioan. Scot. quodlib. 5. longius differens, & in 1. d. 8. q. 4. & in 3. d. 1. q. 4. & Durand. in 2. d. 34. q. 1. art. 3. & in 3. d. 1. q. 3. & Richard. d. 27. q. 3. ad 1. Itaque censent hi Doctores singula attributa perfecta esse ex propria ratione, sicut & infinita; sapientiam perfectam & infinitam, iustitiã perfectam & infinitam: relationes autem diuinas non esse perfectas & infinitas formaliter, sed solum propter identi-

tatem cum essentia, quia omnes diuinae relationes sunt una essentia perfectissima, & infinita: attributa enim omnia cum sola ratione distinguantur, sunt res una infinita; relationes uero cum sint res distinctæ, si essent formaliter perfectæ, & infinitæ, essent plura perfecta, & plura infinita. Quod argumentum postea expendemus.

Hæc opinio etiam si nitatur suffragijs illustrium Doctorum, minimè tamen placet; ita ut non existimemus uerosimilem: nam perfectum & imperfectum sunt priuatione opposita circa ens; sicut lucidum & tenebrosum in aere opponuntur, quorum alterum subiecto insit necesse est; ergo relatio diuina, cum sit ens, uel est perfecta, uel imperfecta. Sed impium est dicere imperfectam; ergo perfecta absque dubio dicenda est. Confirmatur, quoniam contradicentium altera omnino est uera: uel ergo diuinae relationi, aliquid deest perfectionis, & est imperfecta; uel nihil deest, & perfecta est: hæc enim sunt uulgares definitiones perfecti, & imperfecti.

Ad hæc obiecta duo responsa solent afferri. Alterum est, relationes diuinas esse perfectas perfectione transcendente, quæ est affectio entis, non autem perfectione formali, & ideò negant esse formaliter perfectas. Alterum est, quod relationi diuinae nulla perfectio conuenit, quia non est capax perfectionis: & ideò nihil illi deest, quia nihil illi conuenit; & tamen non est imperfecta, quia imperfectum aiunt esse, cui cum perfectio aliqua conueniat, illa deest.

Horum primum iam refutauimus explicantes perfectionem non esse quid transcendens; & id quoque quod est clarius, ostendimus omnem perfectionem esse formalem: omnia enim entia coherent cum aliqua conuenientia secundum esse, uel saltim in ordine ad aliud. Cum ergo relatio sit actus, & forma, & conueniens rei in qua est; aliquo modo est perfectio, uel absolute, uel ex parte saltim, & secundum aliquid. Et hoc ipsum euentius probatur, relatio enim diuina est formaliter existens; existentia enim est forma rerum omnium, & res omnes formaliter existunt; ergo ipsa relatio est formaliter perfecta. Probatur consequentia, quoniam existentia est maxima perfectio; igitur tametsi relatio diuina nulla esset perfectio

Argum?

4.
Hæc sententia iudicatur improbabilis.

Ratio.
Perfectum, & imperfectum sunt priuatione opposita circa ens.

Confirm.
ex definitionibus perfecti, & imperfecti.

5.
Aduersantium
1. Responsio.

2. Responsio.

6.
1. Responsionis confutatio, ut cap. 9. n. 4. & 5. & n. 9. ubi probatur relationem creatam esse perfectionem formalem, saltim ex parte.

Item ut n. 10. ubi probatur eandem esse perfectam.

Relatio diuina est formaliter existens.

(de

Materia quæ
nō est perfectio,
est perfecta per
formam.

2. Responsionis
confutatio ex
proximè di-
ctis.

Ipsa materia,
licet sit pura
potentia, est ca-
pax perfectio-
nis, scilicet formæ.

8. Confectar.
Relatio diuina
est formaliter
perfecta, & for-
maliter infini-
ta.

Scotus ait
ens dicitur
quantum, seu
perfectum, di-
uidi in fini-
tum, & infini-
tum.
Contra illum
probatum est
omne ens esse
aliqua ratione
perfectum.

9. 2. partem in-
scriptionis ne-
gāt quidam.

10. Hæc sententia
improbatur 1.
ex cōcessis per
ipsi auctores.

Improbatur 2.
vt pijs aures
offendens.

Improbatur 3.
ex 1. p. inscrip-
tionis.

(de qua re disputabimus 3. p. huius cap.) A
est tamen formaliter perfecta; vt mate-
ria quæ non est perfectio, est perfecta
per formam: ergo per incogitantiam
negatur diuinas relationes esse forma-
liter perfectas, sicut sunt formaliter exi-
scentes. Alia verò quæstio est, an existat
per se ipsas, & sint per se ipsas perfectæ,
quod 3. p. cap. etiam tractandum est.

Alterum verò quod aiunt, diuinas re-
lationes non esse capaces perfectionis,
per quæ absurdum est, cum sint capaces
existentiæ, quæ est perfectio formalis.
Ipsa materia prima capax est perfectio-
nis, cum sit pura potentia: actus verò ex
genere suo perfectior est quàm materia;
diuina ergo relatio cum sit actus & for-
ma, perfectior est quàm materia, vtpotè
capacior perfectionis maximæ, quæ est
existentia.

Hallucinati ergo sunt, qui eò quòd
credent relationes diuinas non esse
perfectiones formales, dixerunt nō esse
formaliter perfectas, neque formaliter
infinitas; Ioānes enim Scot. quodlib. 4.
soluens primum argumentum quæstio-
nis, negat ens diuidi per finitū & infini-
tū; sed illud ens ait diuidi, quod quantū
est: diuisio enim est quātis; ens autē quā-
tum est ens perfectum: & cum diuinam
relationem dicat non esse perfectam; ait
non esse infinitam. At verò cum proba-
tū sit omne ens esse aliqua ratione per-
fectum, eodem argumento euincimus
omne ens esse finitum, vel infinitum,
eamque esse optimam diuisionem entis,
vt postea explicabimus.

Quòd verò summo opere est admira-
bile, sunt etiam qui negant diuinas rela-
tiones esse formaliter bonas, vt bonum
est affectio entis; quia bonum quod est
affectio entis, existimāt idem esse quod
perfectum. Ideò que negant hanc affe-
ctionem entis inueniri in diuinis rela-
tionibus formaliter, quia non sunt per
se bonæ, hoc est, perfectæ.

Ista opinio quæ ex priori oritur plu-
ribus falsis implexa est. Primò, quia per-
fectum & bonum, quæ confitentur esse
affectiones entis, à diuinis relationibus
seiuungunt. Deindè, quia nimis temerè
negant diuinas relationes esse formaliter
bonas; offendit enim pijs aures ipsa
eloquutio, quòd res aliqua diuina in Deo
existens, non sit formaliter bona. Cum
verò censeant bonum & perfectum idē

esse, & probatum sit eas esse formaliter
perfectas, bonas quoque esse formaliter
confitendum est. Sed hoc ipsum iam
ostendimus ex proprijs: bonum enim vt
est affectio entis, est id quòd cum diuina
voluntate conuenit, vt antea probatum
est; sed diuinæ relationes maximè cum
diuina voluntate conueniunt, quia sunt
res dilectæ formaliter; ergo formaliter
sunt bonæ. Probatur minor propositio,
quoniam Pater vult generare, vt om-
nium ad vnum consensus est; ergo ge-
neratio est res volita, & dilecta; ergo &
relatio est res volita, & dilecta: nam ori-
ginis, & relationis eadem est causa; cum
neutra in suo conceptu formali conti-
neat essentiam diuinam, sed proprietatem
relatiuam. Et confirmatur, quoniam
relationes creatæ sunt à Deo vo-
litæ, & dilectæ; multò ergo magis diuinæ
relationes sunt volitæ, & dilectæ. Pro-
batur consequentia, quia relationes cre-
atæ conueniunt quidem cum volunta-
te diuina; sed increatæ relationes sunt
ipsa essentia, & ipsa voluntas; & itz con-
ueniunt per identitatem cum volunta-
te, quod postea faciemus euentius.
Denique bonum hac interpretatione,
est affectio entis; ergo comitatur omne
ens, & maximè ens diuinum, qualis est
diuina relatio.

Ex his consequitur diuinas relatio-
nes esse adorandas adoratione latriæ,
vt docet S. Thom. dist. 33. q. 1. art. 1. &
probat præfatione Missæ, vt in personis
proprietas adoretur: quod etiam firma-
mus auctoritate S. Anast. lib. 1. de rectis
fid. dogmat. paucis verbis interceptis,
Nihil (inquit) in Trinitate seruile est;
at neq. asseritum quid, & eternū, non
etiā alicuius ueneratione indignū: quod
negare hereticum est: nam res coniunctas
Deitati adoramus latriâ, vt humanitatē
Christi, & Eucharistiam, & alia; ergo mul-
tò magis adorandæ sunt relationes diui-
næ quæ coniunctæ sunt per identitatem
& sunt ipsa Deitas. Cum ergo aliqui Do-
ctores negant relationes diuinas esse a-
dorandas, explicandū hoc est quòd ipsa
relatio non sit ratio adorandi, vt 3. p.
cap. dicemus. Sed in eo peccant, quòd
præfationem Missæ, vt in personis pro-
prietas adoretur, deflectunt in alium
sensum; quòd non adorentur propri-
etates, sed personæ, in quibus sunt
proprietas: minimè enim negandum

est
OOo 3 est

Improbatur 4.
ex proprijs.

Diuina relatio
vt & generatio
est res à diui-
na voluntate
formaliter vo-
lita, & dilecta.

Confirmatur
illatione à re-
lationibus cre-
atis.

Relationes di-
uine cōueniūt
per identitatem
cum volunta-
te diuina.

II.
Coroll.
Diuinæ rela-
tiones sunt a-
dorandæ ado-
ratione latriæ.
S. Thom.
Præf. Missæ
S. Anast.

Res coniunctæ
Deitati vt hu-
manitas Chri-
sti, & Eucha-
ristia, adora-
tur latriâ.

Molina
& alij negant
corollar.

Præfationem
Missæ perperâ
deflectunt in ali-
um sensum,

Sic lapsus etiam si ratio adorandi sit essentia. Quia quidem in re lapsus etiam Picus Mirad. Explicantur vir aliis accerrimi ingenij. Hi ergo Doctores Catholicici interpretandi sunt, quod velint quod ipsa ratio non sit adoranda, seu quod non adoretur propter se.

est, ipsas relationes esse res adoratas, etiam si ratio adorandi sit essentia. Quia quidem in re lapsus etiam Picus Mirad. Explicantur vir aliis accerrimi ingenij. Hi ergo Doctores Catholicici interpretandi sunt, quod velint quod ipsa ratio non sit adoranda, seu quod non adoretur propter se.

SECUNDA PARS.

Refutatur quadam opinio circa perfectionem relationum diuinarum.

1.

Pars ergo affirmans tractanda est, ut confiteamur diuinas relationes esse perfectas, aut etiam perfectiones esse; & eae opiniones quae in explicandi modo a veritate declinant, refellendae hic sunt.

Pro negantibus inscriptio nem 1. partis arg. vt 1. p. n. 3.

Bos qui asserunt relationes diuinas esse formaliter perfectas & infinitas, quod & nos sentimus, illud vrget, premitque argumentum, quod videantur ponere tres relatiuas perfectiones, relationibus proprias. Quod vt effugiant, quidam aiunt eas esse perfectas perfectione transcendente, quae non sit formalis perfectio: quare si tres illae perfectiones diuinarum relationum simul cogitatione iungantur, efficiunt (inquiunt) aliquid extensione quidem perfectius, sed non intensione. Nam vt res quae pia creata si Deitati cogitando sit adiuncta, illud coniunctum ex utroque fingimus esse perfectius extensione, & quasi numero; quia sunt duae partes perfectae vnus perfecti: non tamen illud ipsum meditatur vt aliquid intensione perfectius, hoc est, melius, quia Deitate nihil fingitur melius: ita sanè tres relationes diuinas aiunt esse tres perfectiones transcendentes, quae cogitatione copulatae non afferant intensionem, sed extensionem perfectionis; & huiusmodi perfectiones posse plures in Deo inueniri, quia nihil efficiunt melius, sed entitate extensius; eò quod perfectio transcendens, non sit bonum informans, sed sit ipsum ens, cui hoc saltè non deest vt sit ens.

Pro respons. 1. sentent. est *Fonseca*, de qua cap. 9. n. 2. & 3.

Concedit tres esse relatiuas perfectiones transcendentes duraxat, quae cogitatione vnitate faciunt aliquid perfectius extensiuè, seu numero, non verò intensiuè, seu melius.

Refutatur 1. vt cap. 9. n. 4. & 5.

Haec opinio quaestioni non satisfacit. Nam praeterquam quod omnis perfectio transcendens est formalis, vt docuimus: illi qui hoc modo perfectas relationes ponunt, negant esse formaliter bonas; nã

Refutatur 2. vt hic p. 1. n. 6.

A bonum est quod est cõueniens: vbi autè est cõueniètia in forma & actu, est quoq; formalis perfectio: quod si nõ est formalis perfectio, neque bonũ est. Confirmatur, quia si in relationibus diuinis est ratio boni, & cõuenientis transcendentis, nõ verò formalis cõparatio necessaria est vt sit maius bonũ, vel minus bonũ; melius enim esset id bonũ, quod perfectum est perfectione formali, quàm id quod perfectum est perfectione non formali. Quod si melius, illud sanè erit perfectius isto perfecto, etiam quoad perfectionem intensionis. Quod si perfecta perfectione transcendente, minus perfecta sunt; erunt quoque inter se magis, vel minus, vel æquè perfecta; siquidem in eis inuenitur comparatio: ergo duo perfecta quacũq; perfectione etiam transcendente, efficiunt quid perfectius quoad intensionem; quod illi effugere conabantur. Denique probatũ iam est, diuinas relationes esse perfectas per existentiam qua formaliter existunt, quae absque dubio est formalis perfectio; ergo nõ sola perfectione transcendente, sed formali perfecta sunt. In hoc autè apertissimè falluntur, quod arbitrantur in ipso conceptu rei quae dicitur perfecta, oportere includi perfectionem qua ea res dicitur perfecta; & quia in relationibus diuinis non inueniunt perfectionem distinctam ab essentia diuina, quae includatur in cõceptu proprio relationis, negant eas esse formaliter perfectas. Hoc autem secundum postmodum expèdemus. Sed illud primum falsum est, scilicet rem non dici perfectam, nisi perfectione, quae includatur in conceptu proprio rei; imò materia dicitur perfecta per formam, quae est res distincta: & relatio creata per existentiam absolutam aliquo modo distinctam, non solo conceptu, sed re ipsa distinctam; & omnis essentia creata est perfecta per existentiam distinctam. Vt ergo diuinae relationes dicantur formaliter perfectae, satis est quod existant existentiam diuinam absolutam, et si illa non includatur in conceptu proprio relationis.

Aliorum ergo sententia est, diuinas relationes vt relationes sunt, esse perfectas relatione transcendente; sed vt diuinae sunt, perfectas non esse. Peius quidem ab istis erratum est: nam si relatio diuina vt relatio, perfecta est; etiam ipsa relatio diuina in se ipsa formaliter perfecta

Vbi non est formalis perfectio, neque bonum est. Confirm.

Melius est atque intensiuè perfectius id quod perfectione formali quàm quod nõ formali perfectum est.

Item duo perfecta perfectione ipsa transcendente perfectione rasantur intensiuè, quàm vnũ.

Refutatur 1. vt hic p. 1. n. 5.

Existentia est formalis perfectio.

Obiect. ponens quod res non dicitur perfecta, nisi perfectione quae includatur in cõceptu proprio rei.

Solutio id negans.

1. instantia de materia.
2. de relatione creata.

3. de omni essentia creata.

4. sentent. *Bañes* q. 28. 1. eius assertu. 2. assertum.

Improbatio 2. asserti.

Exemplum.

Aristot.
axioma: Cum
quidpiam de
quopiam, &c.
Si relatio ut
relatio, est per
fecta, hęc rela
tio, scilicet diuina,
est perfecta.

Improbatio
1. asserti,
vt num. 2.
5.
3. Sent.
Valentia.

6.
Improbatur 1.
hec sent. vt dis
sentanea fidei.

Si perfectio re
latiua Patris
est propria, nõ
ita est in Filio,
vt Filius per
illam sit forma
liter perfectus.

Confirmatur
improbatio.
In duabus per
sonis sunt per
fectiones rela
tiua; idem
tamen verò est
in sola essetia.

fecta est; nam si animal vt animal, est se
su præditum, homo quod est quoddam
animal, formaliter est sensu præditum;
ita vt sentiendi natura sit formaliter in
homine: cum enim quidpiam de quo
piam prædicatur, scilicet per se essentia
liter, quod conuenit per se prædicato,
conuenit etiam subiecto, iuxta Philoso
phum: si ergo relatio vt relatio, est per
fecta; hęc relatio, scilicet diuina, de qua
relatio essentialiter prædicatur, oportet
quoque vt sit formaliter in se ipsa per
fecta. Sicut ergo hęc est falsa, homo vt
homo, non est sensu præditus; quia omne
animal sensu viget: ita hęc est falsa, re
latio diuina vt diuina, non est perfecta;
quia omnis relatio realis vt sic, perfecta
est, quod hi Doctores concedunt. Quod
autem relatio diuina sit perfecta, non for
mali, sed transcendente perfectione, iam
improbatur est.

Alij verò censentes diuinas relatio
nes non solum esse perfectas, sed esse
perfectiones relatiuas, & proprias per
sonis; in sententiam magis periculosam
prolapsi sunt; aiunt enim, eò quod Pater
est in Filio, & Filius in Patre, & singula
personæ diuinæ in singulis, Paternitatē
quoque esse in Filio, & filiationē in Pa
tre. Ex his verò consequens efficit, vt
perfectio relatiua Patris sit in Filio, &
perfectio Filij in Patre; quare neq; per
fectionem Patris deesse Filio, neque Fi
lij perfectionem deesse Patri.

Hęc sententia non videtur consenti
re cum vera doctrina fidei Christianæ;
confundit enim proprietates persona
les, quod euidenter ostenditur: nã per
fectio relatiua Patris, aut est propria, aut
communis; non est autem communis,
quia quod commune est, est vnum: isti
autem ponunt in Deo tres perfectiones
relatiuas. Quod si perfectio relatiua Pa
tris est propria; non ita est in Filio, vt
Filius per illam sit formaliter perfectus:
sicut enim Paternitas non est in Filio,
vt Filius per illam sit Pater; sic perfectio
relatiua Patris non ita est in Filio, vt per
eam Filius sit formaliter perfectus. Et
confirmatur, quia si in duabus personis
sunt duæ perfectiones relatiua; cum duæ
sint, non sunt idem identitate perfectio
nis relatiua, sed sola identitate essetie;
ergo quod attinet ad perfectiones rela
tiuas, vna persona non habet perfectio
nem alterius; sicut non habet propieta

A tem alterius. Præterea falsum est contra
veritatem fidei, quod paternitas sit in
Filio, vt lib. 5. dicemus; paternitas enim
significatur vt proprietas, & vt forma.
at proprietas vnus personæ non est in
alia; neque forma aliqua est nisi in eo
quod formam afficitur. Cum ergo diuinæ
personæ proprietatibus distinguantur,
& Filius non afficiatur Paternitate, quia
esset Pater: sit vt Paternitas, neq; vt pro
prietas, neque vt relatio, sit in Filio. Est
autem Pater in Filio, quia Pater est per
sona habens essentiam, ratione cuius est
in Filio: perfectio ergo relatiua Patris
nullo modo est in Filio. Et hoc in loco
congruit illa sententia Marij Victo. lib.
2. contra Arium. *Pater quo Pater est,
in Filio esse non potest.* Denique alia ar
gumenta sunt probantia relationes di
uinas non esse perfectiones, quæ hac ra
tione opinandi non soluantur, vt quod
tres perfectiones relatiuae sint tria bona,
tria infinita, & cætera quæ solent obijci.

B Alij adhuc sunt qui docent perfectio
nem relatiuam Filij esse eminenter in
Patre, & perfectionem relatiuam Patris
esse eminenter in Filio; & ita esse illos
perfectionibus relatiuis pares. Sed sanè
multum hoc abhorret à recta philoso
phandi ratione: quæ enim sunt forma
liter in Deo, sunt etiam eminenter, hoc
est, excellenti quodam, & arcano modo:
quæ verò ita sunt eminenter in Deo, vt
non sint formaliter, sunt in Deo, vt in
causa, & in virtute; eò quod ea res sit im
perfecta, & non digna, quæ sit formaliter
in Deo; & loco illius rei imperfectæ
ponimus in Deo aliquid eminentius.
Perfectio igitur relatiua Filij cum im
perfecta non sit, neque in Patre virtute
contineatur (neque enim est effectus qui
in virtute causæ contineatur, vt lib. 2.
docuimus) aut sanè nullo modo est in
Patre; aut non est eminenter duntaxat
in illo, sed etiam formaliter quod est fal
sum. Quod si dicas filiationem esse emi
nenter in Patre, vt in principio: hoc pro
fectò satis nouum est, & inauditum, quod
Filius prout est in Patre per originem
vt in principio, sit in illo eminenter: nã
esse in principio eminenter, est contine
ri in eius virtute in potentia; & hoc pro
priu est entis in potentia, quod est crea
tura. Vnde nonnulli repugnarunt S.
Thomæ assertenti Filium esse in Patre vt
in principio, arbitrati S. Doctorem cõ

C **D** **E** **F** **G** **H** **I** **K** **L** **M** **N** **O** **P** **Q** **R** **S** **T** **V** **X** **Z**
stituire

Improbatur 2.
Paternitas, vt
proprietas, nõ
est in Filio; vt
forma simili
ter, cum Filius
non afficiatur
paternitate,

Improbatur 3.
vt non respon
dens ad arg. de
quo num. 1.

7.
4. Sententia
Soar. 3. p. 4.
3. art. 1. d. sp.
2. scilicet 4.
Improbatur 1.
vt abhorrens à
Philosophia.

Quæ ita sunt
eminenter in
Deo, vt nõ sint
etiam formaliter,
sunt in Deo
vt in causa, &
in virtute.

Respons.
Refellitur 1.
vt noua.
Filiatione esse
in Patre emi
nenter vt in
principio, est
contineri in
eius virtute in
potentia,

Improbatur 2. efficacius. Saltem Paternitas non est dicenda esse in Filio, ut in principio.

Improbatur 3. ut n. 5. in fine.

8. 5. Sententia deterior.

Cano apud Bann. Gabriel Refutabitur p. 3. 10. & 4.

stitueret Filium in potentia Patris contentum eminentèr, quasi ens in potentia, & creatum, ut lib. 5. dicemus. Verùm ad hæc quoque quicquid respondeas; de perfectione relatiua Patris, quærimus, an sit illa quoque in Filio? non enim potest esse in Filio, vñ in principio; cum Filius non sit principium Patris: non ergo est perfectio vnius personæ in alia eminentèr; sed vel non est in alia, vel est formaliter in alia; quod iam cõfutaturn est. Denique ista opinio non euitat alia argumenta; cum permittat esse perfectiones tres: postea enim monstratur sumus non esse tres perfectiones relatiuas numero distinctas in Deo; quare opus non est fingere, quod perfectio relatiua Filij sit eminentèr in Patre, neque illi explicant quid sit istud esse eminentèr.

Deterior est eorum opinio, qui facièdant esse tres perfectiones relatiuas infinitas, & singulas esse singulis personis proprias. Quæ fuit opinio Magistri Melchioris Cano, ut refert Dominicus Bannes; & illa antiquius inuenitur apud Gabrielem in 1. d. 7. q. 3. art. 3. Sed hæc existimatio refutanda est ad finem huius capituli, vbi probandum erit, nullam in Deo esse perfectionem relatiuam; sed vnam duntaxat absolutam.

TERTIA PARS.

Relatio diuina est formalis perfectio diuina personæ.

1. Ratio dubitandi est 2. pars 3. sent. traditæ cap. 28. n. 5.

2. Aduert. Paternitas vt est nomen abstractum personæ Patris, essentiam, & relationem simul significat.

IN hac quæstione tractanda, illud nobis difficultatem facessit, quod antea docuimus, relationem diuinam in suo conceptu formali non includere essentiam: cum enim decernendum sit perfectionem omnè diuinæ relationis esse absolutam, quæ est diuina essentia; id maximè est explicandum, quo pacto relatio sit extra conceptum essentia, & essentia sit eius perfectio.

Notandum est autem quod paternitas tribus modis potest considerari: primò vt sit nomen abstractum personæ Patris, sicut Petritas est nomen ductum à Petro; qua significatione paternitas essentiam, & relationem simul significat. Secundò, potest considerari vt est proprietas personæ. Tertiò, vt est relatio, nihil de proprietate cogitãdo. Primo igitur

modo verum est paternitatem esse perfectam, & esse formalem perfectionem personæ, quia est relatio, & essentia simul. At verò de relationibus sumptis secundo, & tertio modo vt sunt proprietates, & relationes ab essentia cogitatione abstractæ, vtrumne sint perfectæ, & sint ipsæ perfectiones formales, videndum est.

Quòd igitur relatio diuina sit formaliter perfecta, nullum est dubium. Probatur argumento antea inducto, quoniam est formaliter existens ipsa existentia diuinæ essentiali, vt lib. 4. dicemus; existentia autem diuina essentialis est infinita perfectio; ergo relatio est formaliter perfecta. Aduertendum enim est, quòd vt aliquid sit formaliter, & absolute perfectum, non est necesse quòd sit per essentiam perfectum: homo enim formaliter, & absolute est perfectus per sapientiam, quæ est extra essentiam eius: ergo licet existentia diuina essentialis, & absoluta sit extra cõceptum relationis; nihilominus cum relatio per illam formaliter existat, per illam formaliter est perfecta, & bona: & sicut vir sapiens est perfectus, propter sapientiam, quæ est extra eius essentiam; ita relatio diuina est bona, & diligibilis propter existentiam essentialem quæ ei formaliter conuenit, & est infinita eius perfectio; licet existentia illa sit extra conceptum relationis. Et eadem ratione negari nõ potest, quin relatio diuina sit etiam formaliter infinita; cum habeat esse infinitum essentiali, & absolutum. Itaque in diuina relatione ratio perfecti, & boni, & infiniti est esse diuinum essentiali: ipsa verò relatio non est ratio perfecti, aut boni, aut infiniti; quia essent tres rationes perfecti, & boni, & infiniti; & tria perfecta, bona, & infinita, quod nullo modo permittendum est. Sed tamen cum diuina relatio habeat formaliter hoc esse diuinum, quod est ratio perfecti, & boni, & infiniti, euidentèr colligitur vt sit ipsa per hoc esse diuinum formaliter perfecta, bona, & infinita; quo tandem cõficitur, vt sit ipsa per se adoratione dignissima, vtpotè infinite perfecta; non solum propter identitatem, sed propter suum esse formale, quod est diuinum esse. Similiter relatio diuina quatenus nostro modo intelligendi, absolutoque cõceptu, antecedit originem vt forma hypostatica

Questio est de relatione vt est proprietas, & vt est relatio.

1. Certum: Relatio diuina est formaliter perfecta. Probatur ratione de existentia essentiali, vt p. 1. n. 6. Ad obiectionem de qua p. 2. n. 3. Instantia: Homo formaliter, & absolute est perfectus per sapientiam, quæ est extra eius essentiam.

2. Certum: Relatio diuina est formaliter infinita. Probatur r. eadem ratione de existentia essentiali.

Diuina relatio est formaliter perfecta, bona, & infinita, nõ solum propter identitatem, sed propter suum esse formale, quod est esse diuinum essentiali.

postatica; adhuc intelligitur suo modo ut ens habens existētiā; & ratione eadem intelligitur perfecta, & bona: & origo divina similiter cum sit ens existens, ex propria natura sua est perfecta, & bona.

4. Probatur 2. ratione speciali: Generatio Verbi est incōprehensibilis.

Isaia 53. 1. Responso, negās esse incōprehensibile formaliter.

Confutatur. Comprehensio, 1. pro cognitione quidditativa.

2. pro exequāte rem cognitā sua perfectione.

Ad relationem comprehendēdā 2. modo satis est quod fundamentū cognoscatur quidditativē, nisi ipsa formaliter sit incōprehensibilis.

2. Responso id concedens, iuxta doctrinā Scoti.

Refutatur ut improbabilis.

Fabula est esse incōprehensibile, nō quia infinita est, sed quia neque est etiam finita.

5. Proponitur doctrina. Scoti, sc. qd̄ ens dividitur, &c. ut p. 1. n. 8.

Quod autem divina relatio sit infinita, probatur speciatim, quia generatio Verbi dicitur à Patribus incōprehensibilis; & ita explicant locum Isaia 53. *Generationem eius quis enarrabit?* ergo est formaliter infinita. Nec solvitur argumentum, si dicas relationem non posse comprehendī, nisi comprehendamus fundamentum, & ita generationem esse incōprehensibilem, non formaliter, sed quia essentia, quæ ponitur fundamentum istius rationis, comprehendī nequit.

Hæc, inquam, responsio nulla est; oportet enim advertere, quod res dicitur cōprehendi duobus modis; vel quia quidditativē cognoscitur, quo pacto intuentes divinam essentiam quæ est ipsa quidditas, cōprehendunt illam: vel alio modo dicitur comprehendī, quod cognoscitur ita perfectē sicuti est; & hoc pacto est Deus incōprehensibilis ab intellectu creato etiam vidente divinam essentiam; quia nunquam cōparatur rei cognitæ, ipsa perfectione cognoscendī: ergo si relatio divina non est incōprehensibilis in se ipsa isto secundo modo, qui est proprius rei infinitæ; cognitā essentia quidditativē à beatis, cognoscitur divina relatio quantum cognoscibilis est, ita ut exequatur perfectio cognitionis rei cognitæ: & non est ipsa relatio divina incōprehensibilis; sed comprehenditur à beatis, quantum cognoscibilis est: nam ad comprehendendam relationem satis est, quod fundamentum cognoscatur quidditativē; nisi ipsa formaliter sit incōprehensibilis. Hoc autem dictum pro Scoto improbabile est; id enim quod non est infinitum, nihil prohibet comprehendī; nisi non sit etiam intelligibile: nam si intelligibile est, hoc ipso quod non est infinitum, non excedit cognitionis modum; ergo potest cōprehendi. Fabula enim est esse rem quāpiam incōprehensibilem, non quia infinita est; sed quia neque est etiam finita.

Sed hoc ipsum etiam agamus cum Ioanne Scoto, qui negat constantē relationes divinas esse infinitas: negat etiam quodlibet ens dividi per finitū, & infinitū;

sed dividi ait ens in id quod est quantum, & quod non est quantum: ens verò quantum dividi in ens finitum, & infinitum; ens autem quantum dicitur ens perfectum; quia sicut in rebus materia constantibus, quantitas est mensura, ita & in entibus perfectio est mensura. Entia ergo quæ non sunt ex propria ratione perfecta, neque quanta sunt, neque finita, aut infinita. Scotus comes est in hac sententia quidam Antonius Trombeta in sua Metaph. q. 1. unde colligunt relationes divinas non esse finitas, aut infinitas; quia non sunt quanta: quantas autem non esse, quia non sunt ex propria ratione perfecta.

Sed Ioann. Scotus hac in re videtur eodem falli errore, quo ceteri negantes relationes divinas esse perfectas; quia scilicet non inveniunt perfectionem relativam, inclusam in cōceptu relationis divinæ, indicant relationes non esse perfectas; cum tamen non sit necesse ut perfectio qua res perfecta dicitur, includatur in conceptu ipsius rei. Similiter etsi perfectio cuiusque rei sit mensura eius; ad hoc tamen ut res sit perfectio quanta, minime necessariū est ut ipsa perfectio claudatur in intelligentia rei, quæ dicitur quanta, sicut enim corpus est quantum per quantitatem distinctam; ita res omnes sunt quanta quantitate perfectionis per existētiā, quæ est perfectio cuiusque rei. Quapropter omnis res siue creata, siue increata est perfecta, & quanta; ex quo cōsequitur ut sit finita, aut infinita. Igitur iisdem argumentis quibus comprobatur est, relationes divinas esse perfectas, scilicet per existētiā divinam absolutā; convincimus eas esse infinitas, utpotē existētiā divinā perfectas.

Duo tamen concurrunt hoc loco disputanda. Alterum est, an relatio divina sit per se ipsam perfecta, & bona? Respondendum est duplicem intelligentiam esse istius questionis. Prima est, an relatio per se ipsam, hoc est, ex propria ratione sit perfecta, & bona: & ita affirmandum est; relatio enim divina ex propria ratione est existens per divinū esse, quæ est summa infinitaque perfectio, ut hactenus disputavimus. Alio modo questio hæc explicatur, utrum sit per se ipsum perfecta; ita ut ipsa sit sua perfectio, sicut Deus est per se ipsum bonus, quia ipse est sua bonitas. Et hæc questio incidit

Trombeta. Item quod relationes divinas non sunt quanta, seu perfectæ, ac proinde neque finitæ, neque infinitæ.

Huius doctrine fundamentum, obiectum est, ubi supra num. 3.

Hoc fundamentū cōuallitur.

Corpus est quantum per quantitatem modis distinctam.

7. 1. Dubium.

Responso. Relatio divina per se ipsam, hoc est, ex propria ratione est perfecta, & bona.

Utrum sit etiam perfectio, iam tractabitur.

dit in aliam iam tractandam, vtrum relatio diuina sit non solum perfecta, sed formalis perfectio?

8.
2. Dubium.

Ratio dubit.

Respons.
Relatio diuina est formaliter res adoranda.

Ad rationem dub. futilem. Adoratio refertur ad res ipsas.

Propter modum intelligendi negatur hæc, Relatio est sapiens. At nõ hæc, Relatio est existens.

In conceptibus confusis relationis, & existentia diuina, delitescit omnis diuina perfectio. Quæ res diuina adoranda est ob rationes traditas nu. 3.

Sic adoratur diuina iustitia quæ formali loquutione non est natura rationalis.

Victor Epif.

Alterum est dubium, siue relatio diuina formaliter adoranda? Nam res formaliter adoranda, est natura rationalis, vel habens naturam rationalem; sed relatio sub hac notione relationis, neque est natura, neque habens naturam rationalem; relatio enim non est sapiens, non misericors, non domina: ergo non est formaliter adoranda. Argumentum hoc est futile, & ridiculum; aduertendum enim est, quod relatio diuina est ipsa persona diuina habens naturam rationalem: adoratio autem non terminatur ad notionem, & conceptum mentis, sed ad rem ipsam, quæ est in conceptu: quamuis ergo sub hoc conceptu relationis, non complectar explicitè diuinam personam; & sub hoc conceptu diuinæ existentia, nõ cogitem expressè diuinam sapientiam; & propter modum intelligendi neganda sit hæc propositio, Relatio est sapiens, quia relatio non significatur vt persona: hæc verò cõcedatur, Relatio est existens, quia relatio conuenit rei cuiusque: verum tamen cū in ipsis conceptibus confusis, delitescat sub relatione personæ, & sub existentia diuina, ipsa sapientia, & omnis diuina perfectio; adoratio quæ refertur ad res ipsas, deferenda est diuinæ relationi, quouis conceptu, siue notione explicetur. Ita vt nulla res diuina menti occurrat, quæ non sit adoranda non solum propter idẽtatem, sed quia per se est formaliter infinita. In qua infinitudine, etiamsi in relatione concipiã solam infinitudinem existentia, continetur omnis diuina perfectio. Quare maximè admirandum est quod vllus hominũ neget diuinas relationes esse formaliter adorandas: adoratur enim in Patre paternitas, & in Filio filiatio. Itaque in eodem sensu quo est adoranda diuina iustitia, quæ formali prædicatione, siue loquutione non est natura rationalis, sed est habentis naturã; ita quoque est adoranda diuina relatio. Et ad hoc etiam valet quod Catholicè docet Victor Episcopus ad Hunericum: *Dum (inquit) adoramus Patrem, credimus nos & Filium, & Spiritum Sanctum adorare: Non quia confundamus personas, sed quia in ipsa deitate Patris, Filium, & Spiritum Sanctum veneramus. Quare*

A & D. Rusticus Card. contra Acephalos rectè negat esse tres culturas, aut tres adorationes Trinitatis, eò quod Trinitas coadoretur simul cum deitate.

D. Rust. Car. negat tres culturas Trinitatis.

Et obseruandum est quod prima parte huius capituli docuimus, hæreticum esse adorationem patriæ denegare diuinis relationibus, eo saltem modo quo humanitas coniuncta Verbo adoratur patriã; quod Theologi dicunt coadorari, siue simul adorari. Hic modò decernimus relationes diuinas esse res non solum coadorandas, vt humanitas Christi, aut imago; sed esse per se ipsas adorandas, tum propter idẽtatem cum essentia, quia adoratio fertur non ad conceptus nostros, sed ad res ipsas conceptibus expressas; & idcirco adorantes Paterinitatem, adoramus essentiam: tum etiã quia ipsæ relationes sunt infinitè perfectæ; & ita illis debita est adoratio patriæ. Quod autem diuinæ relationes non solum coadorandæ, sed sic etiam adorandæ sint, quamuis non sit decretum statuto Ecclesiæ, est tamen fidei, Catholicæ consonum, vt rationes inductæ persuadent.

9. Hæreticũ effect negare diuinis relationes saltẽ coadorari, vt p. 1. n.

Hic decernitur vt consonum fidei, eas esse per se ipsas adorandas, ob rationes traditas num. 3.

Illud ergo tractandum iam est, An relatio diuina non solum sit perfecta, sed ipsa quoque sit perfectio formalis? Constituendumque nobis primùm est, non esse in Deo tres perfectiones, siue tres bonitates, siue tres infinitudines, iuxta fidem symboli. *Non tres immensi, sed vnus immensus.* Vbi nomẽ substantiuũ, Immensus, significat non esse tria immensa, siue tres immensitates: & eadem ratio persuadet quod non sint tres perfectiones, siue tres bonitates. Probatur inquirendo statim, an istæ tres infinitates, perfectiones, & bonitates, sint primæ, an secundæ? Si primæ, tres sunt deitates; primum enim bonum, primũ perfectum, primum infinitum est ipsa deitas. Si verò hæc secundæ sunt; non sunt ergo increata: quod enim secundum est, minus est primo; quod autem minus est Deo, Deus non est, vt ait S. Prosperus sentent. 55. Quod autem Deus non est, creatura est; deinde probatur argumento S. Augustini lib. 8. de Trinit. cap. 1. & 2. Assumit enim hoc pronunciatum, quod id quod non est verius, non est melius: tres autem personæ diuinæ non excedunt personam vnã veritate; ergo neque bonitate. Si mille argumentũ conficio,

10. I. Cõclusionis 1. pars: In sensu formali, atque adeo absolute, non sunt in Deo tres perfectiones, aut bonitates, aut infinitudines, iuxta fidem symboli S. Athanasii.

Probatur 1. Si tres perfectiones sunt primæ, sunt tres deitates.

Secundum minus est primo. S. Prosper.

Probatur 2. argumento ex S. August. Tres personæ vt nõ sunt superiores, aut meliores quã vnã; ita non habent

plures veritates, aut bonitates, quam vna.

Sunt tres perfecti adiectiue, non tria perfecta substantiue.

Symbolum S. Athan.

Probatur 3. alio argum. S. August. Tres perfectiones formales, aut simpliciter conficiunt aliquid etiam intentione perfectius, quam vna.

Probatur 4.

Responsio.

Instatur exemplo attributo-

ficio; nam tria vera sunt vera tribus veritatibus, sicut tria bona tribus bonitatibus; ergo sunt in Deo tres veritates, tres bonitates. Credendum autem Christiano viro est, in Deo vnam esse veritatem primam, vnam bonitatem summam; non tres veritates aut bonitates. Itaque adiectiuo nomine tres sunt boni, tres perfecti, tres infiniti, eadem perfectione, bonitate, & infinitate, quæ essentia est perfecta, bona, & infinita. Quod si ipsa relatio esset perfectio relatiua, & essent perfectiones tres; proculdubio nomine substantiuo tria essent bona, tria perfecta, tria infinita, contra illud Symboli, *Vnus immensus*: scil. vnus infinitus. Quod argumētum non solum fidem facit, & maximè probabilem sententiam; sed omninò videtur euincere id quod probare volumus, scilicet non esse in Deo tres perfectiones etiam relatiuas. Hoc ipsum probatur alio argumēto S. Augustini 6. de Trinit. cap. 7. Quoniam si essent perfectiones tres relatiuæ, tres illæ simul cogitatione copulatæ conficerent maiorem perfectionem, quam singulæ, intensione, inquam, maiorem; cum eæ perfectiones non dicantur transcendentis, sed formales; & à nonnullis dicantur perfectiones simpliciter. Duz autem perfectiones simpliciter, conficiunt aliquid perfectius, quam vna. Quod si totum hoc concedatur; consequens est vt nulla persona separatim sit perfectissima; illud enim perfectius cogitatur quod tribus illis perfectionibus constaret, quæ tres perfectiones non inueniuntur in singulis. Itaque illud perfectissimum neque esset in Patre, neq; in Filio, neque in Spiritu Sancto singulatim, sed solum in tribus simul: non ergo Pater perfectissimus esset, neque Filius, sed Trinitas est illud perfectissimum. Quare perfectissimum, & optimū non esset res vna, sed res tres; quæ omnia manifestis erroribus plena sunt. Idem aliqui probant, quia Pater, & Filius essent perfectiores Spiritu Sancto, quia habent duas perfectiones singuli, scilicet relationes duas, alteram propriam, alteram communem, quæ est spiratio. Quod si respondeas re ipsa non esse in Patre relationes duas, sed vnam explicatā duobus conceptibus. Adhuc habet hoc argumētum vim suam, & virtutem; quoniam eò quod attributa sunt perfectio-

A nes essentia, quamuis sint res vna, si in vna persona essent plura attributa, quæ in alia, ea persona esset perfectior; ergo si relatio est perfectio relatiua, ea persona erit perfectior, quæ habuerit plures relationes, etiam si plures illæ relationes sint res vna.

Eadem sententia comprobatur tertio illo argumēto, sed validissimo: quia si sunt perfectiones tres relatiuæ, aliqua perfectio est in vna persona, quæ non est in alia: paternitas enim est quædam perfectio; & paternitas non est in Filio: ergo aliqua perfectio est in Patre, quæ non est in Filio. Quod si aliqua perfectio est in Patre, quæ non est in Filio; degenerat certè Filius à perfectione Patris, quod est hæreticum: & similiter probatur quod Pater non est omni perfectione perfectus, sed diminutè perfectus, quia est aliqua perfectio in Filio, quæ non est in Patre.

Quidam negant istam consequentiã, Paternitas est quædam perfectio in Patre; & ea non est in Filio; ergo aliqua perfectio est in Patre, quæ non est in Filio. Et rectè quidem negant, si crederēt Paternitatem esse perfectionem absolutã, vt S. Thom. docet; quia mutatur ad aliquid in quid, vt S. Thomas respondet; sed cum existiment relationes esse perfectiones relatiuas proprias, & distinctas; nulla est responsio. Iterum cum dicat esse perfectiones personales, & tres; personas ipsas necessariò confundunt, si perfectio relatiua vnus personæ est in alia, vt antea arguebam: maximè, quia hæ perfectiones, si personales sunt, incommunicabiles sunt, ita vt vna non sit in alia, quod est argumentum eidentissimum.

Thom. Argēt. in 1. d. 4. q. 1. art. 1. respondet quod eadem perfectio, quæ est in Patre paternitas, est in Filio filiatio. Sed cum arbitretur esse perfectiones relatiuas, iisdem argumētis premitur. Sed alius excogitatur respondendi modus, scilicet quod Paternitatis perfectio, quæ est in Patre formaliter, est in Filio eminentè. Hoc tamen responsum futile est, quod iam antea repulimus: tum maximè, quia isthæc euasio vni soli argumēto fugiendo viam munit, & aperit: sed sunt alia non minùs efficacia, scilicet quod ponant tres perfectiones infinitas, quod est ponere deitates

rum, quamuis sint res vna.

21.

Probatur 5. validissimè. Ex opposito cõsequitur aliquã perfectione esse in vna persona, quæ non sit in alia.

12.

1. Responsio negas conseq. B. n. b. e. s.

Cum el. Approbatur ponendo paternitatem esse perfectionem absolutam, cum S. Thom. At ponendo cum illis esse relatiuam, Improbatur 1. Secundo.

Tertiò eidentèr.

13.

2. Respons. Argent. Improbatur vt precedens.

3. Respons.

Refutatur 1. vt p. 2. m. 7. Refutatur 2.

Refutatur 3.

4. Respons.

Expendetur cap. sequenti.

14.

1. Cōclusionis 2. pars.

In Deo nulla est perfectio relatiua, & propriarelationis, seu per eā ad- dita.

Deitas vt non est res relata, ita non est perfecta relatiua illa perfectio- ne: Pater autē non est perfe- ctior Deitate.

Confirm. Ea relatiua per- fectio aduenit essentia iam perfecta.

Euidens demō- stratio.

15.

Probant 2. alij. Inter perfectio- nes simpliciter non est oppo- sitio.

Eiusmodi sunt omnes in Deo.

In diuinis re- lationibus nō sunt multæ ex- istentię.

17.

Probatur 4. Plura infini- ta eiusdem ra- tionis, neque intelligi quidē possunt.

rates tres. Alij concedunt perfectionē aliquam esse in Patre quæ non sit in Fi- lio, quia in Filio est aliqua perfectio illi alteri æqualis: quæ responsio capite se- quenti expendenda erit.

Sed probatur adhuc, nullam esse per- fectionem relatiuam, & propriam; quo- niam sequitur Patrem esse perfectiorē ipsa deitate, quod est incredibile: Dei- tas enim est qua nihil melius cogitari potest. Consequentia probatur, quoniā Deitas sicut non est res relata, ita non est perfecta relatiua perfectione, qua Pa- ter perfectus dicitur; ergo Pater perfe- ctior est Deitate; siquidem est perfectus omni perfectione deitatis, & adhuc est perfectus aliqua perfectione relatiua, qua Deitas perfecta non est. Et confir- matur, quoniam relatio aduenit essentię diuinę nostro modo intelligendi; ergo perfectio relatiua etiam ei aduenit: ergo in tota perfectione essentię non conti- netur formaliter perfectio relatiua, quæ essentię iam perfectæ aduenit; ergo in Patre consideramus aliquam perfectio- nem formalem extra conceptum essen- tię: non est igitur essentia tota perfectio Patris, sed essentia, & relatio simul; er- go perfectior est Pater quàm essentia est. Et hæc est euidens demonstratio.

Idem probant alij eò quod diuinæ re- lationes sunt oppositæ: perfectiones au- tem simpliciter non sunt oppositæ; imò simul omnes possunt inueniri, cū simul non repugnent; quæ enim repugnat al- teri, non est simpliciter perfectio: ergo relationes diuinæ non sunt perfectiones simpliciter. Sed nulla est perfectio in Deo, quæ non sit perfectio simpliciter; ergo relationes diuinæ non sunt relati- uę perfectiones. Hoc tamen argumen- tum post hæc tractabimus.

Sed probatur hoc ipsum assertum no- strum alio argumento: Omnis quippe perfectio, perficit subiectum secundum existentiam; ipsa enim existentia est vl- tima perfectio cuiuscūque perfectionis: sed in diuinis relationibus nō sunt mul- tæ existentia; ergo neque multæ perfe- ctiones relatiuæ. Cuius argumenti effi- cacia statim erit declaranda.

Denique plures perfectiones relati- uæ, cum non sint finitæ mensuræ in Deo, erunt infinitæ; plura autem infinita eius- dem rationis, neque intelligi quidem pos- sunt. Quod probatur quidem à S. Tho-

ma eleganti ratione: nam infinito nihil addi potest in eodem genere quo infini- tum est; verbi gratia, infinitæ quantitati non potest addi quantitas, benè tamen potest illi addi albedo: si verò essent plu- ra infinita eiusdem rationis, necesse es- set fingere animo quoddam infinitum commune continens plura infinita; & il- la plura adderēt ad illud commune dif- ferentias particulares quæ pertinent ad idem genus infiniti; ergo illæ differentia adderentur infinito, quod est impossi- bile.

Hoc autem argumentum probat non posse intelligi plures essentias infinitas, neque plures quantitates, aut albedines infinitas, neque plures relationes infini- tæ perfectas se ipsis, scilicet relatiuis perfectionibus, quæ pertineant ad ipsū genus relationis. Benè tamen plures di- uinæ relationes possunt esse infinite per- fectione essentiali absoluta; ita vt neq; sint perfectiones plures, neque infinita- tes plures, sed eadem perfectione, & in- finitate sint plures relationes illæ per- fectæ, & infinitæ. Et eadem ratione pro- batur, quod personæ diuinæ non sint in- finitæ pluribus infinitatibus, sed eadem infinitate essentię, vt lib. 1. docuimus.

Constitutum ergo sit relationem diui- nam non esse perfectionem adiectam es- sentialibus perfectionibus; ita vt præter perfectiones diuinæ essentię, quæ sunt vna perfectio absoluta, non numeremus perfectiones relatiuas tres inter se di- stinctas. Quare neque ipsæ relationes sunt perfectæ se ipsis, hoc est, relatiuis perfectionibus proprijs, & distinctis; sed sunt perfectæ perfectione essentiali, & absoluta; quia sunt perfectæ per diuinam essentiam absolutam, quæ est vna, & ea- dem in relationibus tribus, vt lib. 4. do- cebimus.

Sed adhuc subtilius indagandum est, vt- rum relatio diuina quæ non est perfe- ctio addita essentialibus perfectionibus, sit tamen formalis perfectio eius perso- næ, quæ refertur: ex ijs enim quæ dicta sunt videtur colligi, relationem diuinā non esse perfectionem formalem, neque essentię, neque personæ. Cuius enim rela- tio distinguatur ab essentia ratione forma- li; relatio vt sic, vel perfectio non est, vel est perfectio distincta ab essentia, nostro modo intelligendi; sicut perfectionē sa- piētiae à perfectione iustitię distinguim.

Nihilominus

Ratio elegans S. Thoma.

Sic infinita darentur; diffie- rentię particu- lares, adderen- tur infinito cō- muni.

18.

Hoc arg. pro- bat relationes, & etiam perso- nas diuinæ nō esse perfectas, aut infinitas pluribus rela- tiuis perfectio- nibus, aut in- finitatibus. Sunt perfectæ eadē essentiali perfectione, & infinitate.

19.

Coroll.

Ipsę relationes non sunt per- fectæ se ipsis, hoc est, relati- uis perfectioni- bus proprijs, & distinctis.

20.

De 2. concl. in tit. asserta.

Ratio dubit. similis oblec- tioni, de qua p. 1. num. 3.

21.
2. Concl.
Relatio diuina est formalis perfectio personae diuinae, non solum ob identitatem cum essentia, sed ex propria ratione formali.

Vtraque conclusione vtriusque partis dissidium tollitur.

22.
Aduert. pro sensu concl.
Certum est relationes diuinas esse dicendas perfectiones, & perfectiones multas relatiuas, quatenus indicant perfectionem, scilicet fecunditatem, ut de negationibus lib. 1. cap. 29 p. 1. n. 7. & 8.

23.
Sensus conclusionis est relationem diuinam ipsam esse perfectionem.
Probatio.
Relatio creata ut & omnes aliae formae, dat esse quod affert.
Relatio diuina formaliter modo singulari dat esse quod ipsam antecedit, constituendo illud proprium relati, v. c. Paternitas diuina non dat existentiam, sed dat esse Patrem, hoc est, dat Patri existere ad Filium.

Nihilominus arbitramur, relationem diuinam, etsi non sit perfectio addita essentiali perfectioni, esse tamen perfectionem formalem, imò & perfectionem simpliciter eius personae in qua est; non solum propter identitatem, quia relatio est ipsa essentia quae est perfectio summa; sed ex propria ratione relationis diuinae, cuius eam relationem esse formalem perfectionem. Qua quidem opinione vtriusque partis dissidium tollimus. Nam & Catholicè quidam repugnant dicentibus diuinas relationes non esse perfectiones: & eodem zelo doctrinae Catholicae contradicunt alijs ponentibus tres perfectiones relatiuas. Nos vtriusque consentimus assueverantes, & non esse perfectiones tres, ut explicauimus, & singulas relationes esse perfectiones formales.

Et illud imprimis quod perspicuum est, hac in re occurrit, quaedam dici perfectiones, quia perfectionem indicant; sicut aeternitas, etsi formaliter significat negationem, perfectio tamen dicitur, quia perfectum esse indicat. Relationes ergo personales quia indicant fecunditatem naturae, quae est summa perfectio Deitatis, ut lib. 2. disputauimus; ea sanè ex parte sunt perfectiones dicendae, & perfectiones multae relatiuae, ut hoc cap. explicabimus, indicantes tamen vnam perfectionem absolutam: & hoc crebrius significatur in sententijs Patrum.

Sed iam quaeritur: Vtrum relatio personalis in Deo non solum indicet perfectionem, sed ipsamet sit perfectio? Animus ergo aduertam, quod omnis forma dat esse. Et quidem ceterae formae creatae dat esse quod afferunt; relatio verò diuina dat esse quod ipsam relationem antecedit, constituendo illud esse proprium relati; v. g. Paternitas creata dat esse Patrem, ita ut non solum Petrus sit pater sua paternitate, sed ab eadem habeat quandam existentiam, quam relatio secum affert: Paternitas verò diuina dat esse Patrem, sed non dat Patri existentiam, sed dat Patri existere in ordine ad Filium: quod existere est absolutum addita relatione. Et ita propter hoc quod paternitas diuina illud esse absolutum antecedit, constituit proprium relati, scilicet Patris, formaliter suo modo dat illud esse relati; nullum enim attributum dat esse Patrem, sed sola relatio paternitatis: & sicut relatio non conuenit essentiae, sed hypostasi; ita non dat esse essentiae, sed hypostasi,

A si, modo explicato. Et sicut sapientia non dat esse Deo, sed esse sapientem, ita relatio non dat esse Patri, sed esse Patrem, hoc est, Patrem existere ad Filium.

Ex quibus illud colligitur quod diuina relatio conueniat hypostasi, quatenus est actus existens: nihil enim absolute est conueniens, nisi quod actu existit; conuenit autem Patri paternitas secundum quod est res existens, non per existentiam quam afferat, sed per existentiam antecedentem, quam constituit propriam relati.

Illud igitur postremum est consequens, ut relatio diuina sit formalis perfectio personae; non quidem perfectio addita essentiae, aut relatiua perfectio, ut probatum erat, sed perfectio propria. Dum ergo quaeritur, sitne paternitas formalis perfectio? Respondetur affirmando esse formalem perfectionem non additam personae, sed propriam; hoc enim praestat relatio diuina, ut est actus personae, ut esse ipsum absolutum sit proprium relati. Et hoc probatur, quoniam Patrem existere est infinita perfectio; sed relatio dat hoc esse, non ut afferens, sed ut constituens proprium; ergo est infinita perfectio, non perfectio addita, sed perfectio propria relati. Cui explicationi patrocinium S. Tho. non deest q. 8. de potent. art. 3. ubi docet, quod paternitas quatenus constituit Patrem, constituit Deum, scilicet Deum Patrem; quod est infinitae perfectionis.

Est ergo discrimen inter attributa, & relationes, quod singula attributa nostro modo intelligendi addunt perfectionem; ita ut desideretur perfectio aliqua, si vel vnum attributum remoueas, eò quod in sua propria ratione continet esse: relatio verò diuina non addit perfectionem essentiae, aut personae (qua in re multi viri docti lapsi sunt) sicut in proprio conceptu relati non continet esse, sed referri; quare relatio diuina in suo conceptu non includit perfectionem, quia non includit esse diuinum: est tamen ipsa relatio perfectio modo quodam singulari, prout esse diuinum constituit proprium personae; eo itaque modo quo est actus hypostasis referens ad aliud, dat esse hypostasi, non ut afferens esse, sed ut constituens illud esse proprium relati, quod saepius repetimus, ut memoria retineatur. Est ergo relatio perfectio formalis utpotè dās esse, sed non est perfectio addita, quia non affert esse. Et ita videtur haec altercatio dirimenda:

Sic Sapientia non dat esse Deo, sed esse sapientem.

24.
1. Consequens.
Relatio diuina conuenit non essentiae, sed hypostasi, quatenus est eius actus existens per existentiam antecedentem.

25.
2. Consequens est conclusio in tit. asserta.

Declaratur.
Relatio diuina est formalis perfectio non addita, sed propria relati, seu personae.
Probatio proponitur in forma.

S. Thom.

25.
Discrimen inter perfectionem formalem, absolutam, & relatiuam: illa suo conceptu est perfectio addita naturae: haec non addit naturam, aut personam, sed propria personae.

quare in diuinis est duplex perfectio formalis, scilicet absoluta essentialis, quæ suo cõceptu est perfectio aliqua addita naturæ; & altera personalis relatiua, quæ suo conceptu non est perfectio addita, sed propria; quæ hoc ipso est perfectio personæ, quia omnem perfectionem absolutam essentialem, facit propriam personæ.

27.
Dubitatio appendix:

Sitne diuina relatio perfectio simpliciter.
Resol. affirm.
Probat 1r.

Relatio nulli absoluto repugnat.

Indicatur à S. Thom.

Quod si adhuc quæras, siene relatio diuina perfectio simpliciter? Eodem modo responderetur affirmando, dummodò nõ intelligatur perfectio addita: perfectio enim simpliciter in hoc videtur esse collocata, vt alijs perfectionibus nõ repugnet; relatio autem nulli absoluto repugnat. Igitur si concedendum est diuinam relationem esse formalem perfectionem in sensu aliquo, in eodem confitendum erit esse perfectionem simpliciter. Et hoc indicat S. Thom. lib. 4. contra gent. c. 14. Quo in loco probat relationes esse in Deo, quoniam relatio perfectio quædã est. Nam cum in Deo nõ necessariò sint perfectiones rerum, nisi quæ sunt simpliciter perfectiones, non probè colligeret Doctor Sanctus esse in Deo relationes, nisi relatio esset perfectio simpliciter: omnis ergo diuina perfectio est simpliciter perfectio; & nulla perfectio simpliciter in Deo non est: quo fit vt & relatio in Deo sit, quia est perfectio simplex.

28.
Aduertendum pro modo loquendi in hac re.

In sensu materiali sunt perfectiones tres relatiuæ, hoc est, formæ, & res perficietes tres.

In sensu formali sunt perfectio vna, quæ est vnum esse, & vna ratio perfectionis.

At verò modus ipse loquendi exponi debet, vtum dicendæ sint perfectiones tres relatiuæ: nam formæ perficientes sunt tres, scilicet tres relationes hypostaticæ; ratio autem perficiendi est vna, scilicet esse diuinum: singulæ enim relationes sunt perfectiones, quatenus dant idem esse diuinum, & absolutum: & sunt distinctæ, quatenus illud esse constituunt proprium. Res ergo quæ sunt perfectiones sũt tres, sed ratio perfectionis est vna in tribus. Perinde liquet quid dicendum sit; materialiter enim (vt aiunt) sunt perfectiones tres relatiuæ, hoc est, relationes tres, quibus singulatim conuenit nomen perfectionis: sed formaliter sunt perfectio vna, quæ est vnum esse; & ita ratio perfectionis etiam in relationibus diuinis non est relatiua; vnde illi colligunt tria infinita, tria bona, &c. Sed est ratio ipsa perfectionis absoluta, & vna. Et quoniam nominibus vtimur sæpius, non formaliter, sed materialiter pro rebus, pro quibus supponitur;

A non sunt arguendi qui ponunt tres perfectiones relatiuas, dummodò intelligant in sensu materiali, non formali: nam & S. Augustinus dixit lib. 83. quæstionum q. 31. dignitates personarũ tres. Et eodem modo materialiter sunt tres perfectiones relatiuæ, formaliter sunt vna absoluta perfectio. Quamobrem etiam loquendo simpliciter sunt vna perfectio secundũ vnã rationem perfectionis, & secundum quid sunt tres, scilicet tres res, quæ perfectiones sunt. Et S. Thomas ait eandem perfectionem in Patre esse Paternitatem, quæ in Filio est Filialio.

B

Confirmatio.

Hæc sententia cõtinet partes duas: Posteriolem, quod scilicet relatio diuina sit perfectio, firmat Patrum haud dubia auctoritas. S. Cyrill. lib. 1. Thesau. cap. 6. de Patre sic loquitur: *Perfectus autem est non solum quia Deus, sed etiam quia Pater.* Et S. Gregor. Nazianzen, oratione 3. Theolog. de Filio sic. *Accedit etiam generationis Deus, res tanta, tamque veneranda.* S. etiam Ignatius epist. ad Phil. & Smyrn. concedit in Patre primam excellẽtiam. In eandem eunt sententiã S. Basil. lib. 2. contra Eunom. & S. Athanas. oratione 1. contra Arianos. Suffragatur S. Ioann. Damasc. lib. 1. Fidei orthodox. cap. 9. vbi affirmat omnem paternitatem creatam deriuari ab increata; ergo increata paternitas perfectio quædam est, à qua deriuatur creata paternitas, quæ est perfectio, vt comprobatum est. Clarius verò illud est quod cap. 11. facit mentionem personalis perfectionis. Confirmatur scitissimo proloquio, quod notiones personarum sint quædam dignitates; quod idem docet Alexand. Episcopus epist. 8. & hoc quidem lib. 4. cõmonstrabimus; sed notiones sunt relationes diuinæ, siue origine: ergo ex sunt perfectiones, siue dignitates. S. etiam Cyrill. lib. catechesum, cat. 7. *Patrum (inquit) dignitatem habet Pater.* S. August. lib. 83. quæst. q. 31. & lib. de creatione primi hominis, tres diuinas relationes hypostaticas dixit dignitates tres. S. etiam Hilar. lib. 2. de Trinit. cõprobat Spiritũ Sanctũ esse. *Quia (inquit) imperfectũ est totũ, si aliquid desit à toto: ergo aliqua perfectio est in Sp. Sãcto, quæ si desit erit Trinitas imperfecta.*

S. August.

Loquendo simpliciter sunt vna perfectio: Secundũ quid sunt tres.

29.
2. Cõclusionis confirm.

Patres.
S. Cyrill.

S. Nazian.

S. Ignat.

S. Basil.

S. Athan.

S. Damasc.

Creata paternitas est perfectio, vt cap. 9.

Proloquium, quod notiones personarũ sunt quædam dignitates.

Alex. Epist.

S. Cyrill.

S. August.

S. Hilar.

imperfecta. Quod aurem Trinitatē dicit quoddā totum, impropria significatione totū usurpat, vt lib. 1. admonuimus. Et lib. 12. de Trinit. Patrē ait esse imperfectum, nisi generet. At verò dum Patres affirmant Patrem esse maiore dignitate quadam principij; de qua re postea disputabimus: haud dubiè asserunt paternitatem ipsam, & relationem principij esse dignitatem.

Doctores verò Theologi non minùs frequentes sunt in ea sententiā, quàm affirmat S. Thom. 1. p. q. 42. art. 4. ad 2. vbi concedit Paternitatem esse dignitatem in Patre. Et q. 29. art. 3. probat personā esse in Deo, quia persona est sūma perfectio, scilicet ipsa personalitas perfectio est: aliàs nihil probaret, si in persona personalitas non esset perfectio. Et lib. 4. contra gent. c. 14. probat in Deo esse relationes, quia in ipso sunt omnes rerum perfectiones. Vnde colligimus relationem esse perfectionem simpliciter; nam alias perfectiones esse in Deo conuincimus, eò quòd sunt rerum creaturarum perfectiones. Et q. 2. de potent. art. 4. ad 14. docet, paternitatem, & Filiationem esse dignitatem vnā. Et q. 10. de potent. art. 1. ait nomen dignitatis supponi pro relatione diuina: non ergo sola essentia est formaliter dignitas, sed ipsa etiam relatio; aliàs nomen, dignitas, nō supponeretur pro relatione, si solū identicè relatio diuina esset dignitas, quia est essentia. Eandē tenet sententiā in lib. 1. sent. d. 4. q. 1. ar. 1. & d. 5. q. 3. ar. 1. & d. 7. q. 2. ar. 2. Item quodlib. 1. q. 4. relationē diuinā docet esse perfectionē. Et opusc. 10. q. 2. Cōsentiunt cū Doctore Sancto, Doctor etiā Sanctus, & comes Bonau. d. 9. q. 1. & Alber. Magn. ibidē, & Alexand. Alens. 1. p. q. 42. mēb. 1. nec non Richard. de Mediavilla d. 24. ar. 1. q. 3. Richar. & alter de S. Vict. lib. 3. de Trinit. nō semel. Et Heruz. quodlib. 1. q. 4. de ea re scitè disputat. Clitoueus etiā explicator. S. Ioannis Damasc. lib. 1. fidei orthod. cap. 11. cum alijs. Et Barthol. Torres q. 32. art. 2. retractauit sententiam quam q. 28. cum Thom. Caiet. tuerat, partes nostras sequutus. Denique Concilium Sardicense subscribente etiam S. Athanasio in epistola de Trinit. decernit relationes diuinas esse dignitates personarum; quid autem est dignitas nisi perfectio quædam venera-

atione digna? Sunt ergo relationes diuinae perfectiones quædam, & dignitates. Quod Concilium etsi fuerit Prouinciale, receptum est ab Ecclesia d. 6. cap. Quod dictis.

Quòd verò relatio diuina (quæ est pars altera nostræ sententiæ) nō sit perfectio addita essentiæ, ita vt relatio non sit ratio perfectionis, comprobabimus; primū, auctoritate S. August. 8. de Trinit. cap. 5. Hoc ergo (inquit) diligimus in Trinitate, quod Deus est, vbi deitas ponitur tota ratio dilectionis qua Trinitatem diligimus; ergo & Trinitas diligenda est, quia perfecta est, & ratio diligendi est Deitas. Idem docet epistola 17. & lib. 3. contra Marcionem, cap. 7. 10. & 15. ait. Nec manus aliqua sunt omnes quàm singuli, quia spiritualis hæc non corporalis est magnitudo. Quibus verbis indicat vnā esse magnitudinem trium personarum, etiam si singulæ magnæ sint; magnitudo autem in spiritualibus rebus est perfectio; quæ perfectio est vnā personarum trium, & non tres perfectiones, sicut neque magnitudines tres. Et idem antea probauimus ex alijs dictis S. August. Vnde duximus efficacia argumenta quòd non sint tres perfectiones relatiuæ conuincencia. Et S. Ambros. lib. 4. de fide, cap. 4. Neque ideo (inquit) minus habet Filius, quia Pater non est; nec Pater minus habet, quia Filius non est, indicans paternitate, aut filiatione nihil accrescere perfectionis. Et S. Ioann. Damasc. lib. 1. Fidei orthod. cap. 9. ait proprietatem ingeniti nō significare differentiā substantiæ, aut dignitatis: ergo proprietates nō sūt dignitates differētes, hoc est, distinctæ, neq; additæ. Est nobis auctor huius sententiæ post S. Aug. & S. Ambr. S. Thom. 1. p. q. 42. art. 4. ad 2. vbi affirmat perfectionē esse quid absolutū; & paternitatē esse perfectionē annuit. Cōsequens ergo est, vt paternitas quidē sit perfectio, sed nō perfectio addita, & relatiua. Idem docet in lib. 1. sent. d. 7. q. 2. art. 2. & iterum 1. p. q. 28. art. 2. ad 3. & ait esse diuinum continere quicquid perfectionis explicatur nominibus absolutis, & relatiuis, vt esse Patrem, esse sapientem. Ergo quicquid perfectionis significatur nomine Patris est ipsum esse diuinum, quod est absolutum. Et hoc adhuc confirmatur ducto argumento ab auctoritate S. Thom. 3. locus,

Cap. Quod dictis.

31. 1. Cōclusionis confirmatio.

S. August.

Idem.

S. Ambros.

S. Damasc.

S. Thom.

2. locus.

3. locus.

Patres affirmātes Patrē esse maiorem dignitate quadam principij.

30. Doctores Scholastici. S. Thom. 1. locus. Secundus.

Tertius.

Quartus.

Quintus.

Sextus.

Septimus.

Octauus.

S. Bonau. Alb. Mag. Alex. Alen. Ric. de Med. Richar. de S. Victore. Heruauus. Clitoueus. Torres.

Conc. Sard. S. Athan.

Vnumquodq; est perfectum, quatenus actu existit.

vnumquodque enim est perfectum, quatenus actu existit, vt docet S. Thomas q. 5. & alias sæpius; sed existentia diuinarum relationum est absoluta, & essentialis; ergo ea est tota ratio perfectionis illarum: sed relationes diuinæ non includunt in suo conceptu existentiam, quæ est ipsa essentia, vt comprobatum est; ergo non includunt in suo conceptu rationem perfectionis; sed eatenus sunt perfectiones, quatenus esse diuinum quod est absolutum, cõstituunt proprium relati; vt declaratum satis superque reliquimus. Cui parti consentiunt quot, quot Doctores, diuinas relationes negant esse perfectiones plures.

CAPVT XXXII.

Argumenta refelluntur.

1. Contra 2. cõcl. 1. argum. Auctoritates S. August. S. Thom.

Contra ea quæ dicta sunt arguitur. Et primũ illud impugnatur, quod relatio sit perfecta, & perfectio. Nam vt S. August. ait, bonũ est ad se, & S. Thomas q. 42. art. 4. ad 2. docet perfectionẽ, siue dignitatem in Deo esse quid absolutum; ergo relatio non est perfectio. Et probatur, quoniã relatio secundum propriam rationem non respicit subiectum, sed terminum; sed perfectio est forma perfecti; ergo relatio vt relatio, non est perfectio.

Ratio.

2. 2. argum.

Secundò: Tota perfectio personæ est essentia; sed relatio vt relatio non est essentia; ergo non est perfectio personæ.

3. 3. argum.

Tertiò: Si relatio esset perfectio; relationes tres essent perfectiones tres; quod non videtur dicendum, vt antea probatum est.

4. 4. argum.

Quartò: Omnis perfectio diuina cõmunicabilis est; sed relationes sunt incommunicabiles; ergo non sunt perfectiones.

5. 5. argum.

Quintò: Perfectio simpliciter est quæ alteri non repugnat; sed paternitas repugnat filiationi, quia sunt relationes oppositæ: ergo neutra est perfectio simpliciter.

6. 6. arg. contra duo certa tradita cap. 31. p. 3. n. 3.

Sextò probatur quod relatio diuina ex propria ratione non sit perfecta, aut infinita: cum enim sint rationes relationum diuersæ; erunt plura perfecta, & plura infinita, scilicet pluribus rationibus perfecta, & infinita: impossibile est autem esse plura infinita, vt diximus.

A Deinde probatur pars cõtraria, quod relatio sit perfectio addita essentiæ: hoc enim videtur sentire S. Cyrillus lib. 1. Thesauri, cap. 6. vbi docet Patrem esse perfectum, quia Pater est; ergo ipsa paternitas est ratio perfectionis. Et ibidem probat nomen Patris esse dignius, quàm nomen Dei; ergo paternitas ipsi Deitati addit dignitatem, & perfectionem. Et S. Hilar. lib. 12. de Trinit. ait Deum imperfectum sine generatione esse, quod alij Patres confirmant; ergo est perfectio addita, qua sublata accedit imperfectio. Et S. Ignatius in epistola ad Smyrn. concedit in Patre præter essentiam dignitatem paternam; ergo ea est dignitas addita essentiæ. Et S. Thomas opusc. ad Urb. cap. 2. dictum illud S. Basil. quod Spiritus Sanctus sit dignitate secundus à Filio, interpretatur de dignitate personali, diuinas dignitates subsecans in personales, & naturales; ergo dignitas personalis, quæ est relatio, distincta est à dignitate naturali, quæ est essentia. Et de potet. q. 10. art. 1. ait nomen dignitatis supponi pro relatione, quod nomen cum sit abstractum supponitur pro ea re, quam formaliter significat; ergo ea dignitas quæ significat relationem, non est absoluta, sed relatiua. Et opusc. 9. q. 5. negat non pertinere ad perfectionem diuinam, producere personam; ad perfectionem autem absolutam hoc non pertinere ait, innuens pertinere hoc ad relatiuam perfectionem: hoc enim non esse perfectionis diuinæ negat, & non esse perfectionis absolutæ concedit: negat igitur non esse perfectionis relatiuæ; ergo est in Deo relatiua perfectio, perfectioni absolutæ adiecta. Et probatur ratione; ipsa enim relatio est res quædam prout ab essentia cogitando distinguitur; ergo si vt sic est perfectio, sunt perfectiones tres, sicut res tres: nam transcendentia sunt in numero eodem, vt si sint res tres, sint perfectiones tres.

B Et opusc. 9. q. 5. negat non pertinere ad perfectionem diuinam, producere personam; ad perfectionem autem absolutam hoc non pertinere ait, innuens pertinere hoc ad relatiuam perfectionem: hoc enim non esse perfectionis diuinæ negat, & non esse perfectionis absolutæ concedit: negat igitur non esse perfectionis relatiuæ; ergo est in Deo relatiua perfectio, perfectioni absolutæ adiecta. Et probatur ratione; ipsa enim relatio est res quædam prout ab essentia cogitando distinguitur; ergo si vt sic est perfectio, sunt perfectiones tres, sicut res tres: nam transcendentia sunt in numero eodem, vt si sint res tres, sint perfectiones tres.

C Et opusc. 9. q. 5. negat non pertinere ad perfectionem diuinam, producere personam; ad perfectionem autem absolutam hoc non pertinere ait, innuens pertinere hoc ad relatiuam perfectionem: hoc enim non esse perfectionis diuinæ negat, & non esse perfectionis absolutæ concedit: negat igitur non esse perfectionis relatiuæ; ergo est in Deo relatiua perfectio, perfectioni absolutæ adiecta. Et probatur ratione; ipsa enim relatio est res quædam prout ab essentia cogitando distinguitur; ergo si vt sic est perfectio, sunt perfectiones tres, sicut res tres: nam transcendentia sunt in numero eodem, vt si sint res tres, sint perfectiones tres.

D Secundò: Relatio creata est perfectio addita; ergo relatio diuina est quoque perfectio addita; alias minoris erit momenti relatio increata, quàm creata.

Tertiò: In Deo sunt tres rationes veri, scilicet tres relationes; verum enim non includit existentiam, sed est nuda entitas, vt docet S. Thomas 1. p. ergo eadẽ relationes sunt tres rationes boni;

7. Contra 1. cõcl. 1. arg. Auctoritates S. Cyrill.

S. Hilar.

S. Ignat.

S. Thom. 1. locus.

Secundus.

Tertius.

Ratio.

8. 2. argum.

9. 3. argum.

S. Thom.

verum

verum enim, & bonū paria sunt prædicationis amplitudine: ergo sunt etiā perfectiones tres, sicut tria vera, & tria bona.

Quartò: opera Christi sunt infinite meritoria, eò quòd persona est infinita; ergo persona ratione proprietatis, est infinita, & perfecta.

Ultimò: Perfectio formalis est forma quæ dat esse excellens, & perfectum: esse autem quod forma dat, addit; nam si illud esse iam habetur, non datur per formam aduenientem: sed ratio diuina est forma adueniens; ergo dat esse non essenziale, quod intelligitur antecedens; sed aliquod esse relatiuū, & aliquid perfectionis addit, aliàs perfectio formalis non est.

Aduertenda.

AD confutationem argumentorum: necesse est memoria repetere, quòd supra notatum est; quòd ratio ut ratio, potest sumi dupliciter, scilicet ut declaretur propria ratio relationis, ut est ad aliud; & hoc modo ratio ut ratio non est perfectio, quia ut est ad aliud nō est in aliquo, neque alicuius: vel aliàs ut notā illā reduplicatē explicetur tota ratio relationis, quæ nō solum est ad aliud, sed est in aliquo; & hoc modo ratio diuina est perfectio ex propria ratione, prout scilicet, est in aliquo: esto exemplū, homo ut homo est rationalis, si declaretur per reduplicatam dictionem differentia hominis qua homo est; si verò tota essentia significetur, homo ut homo, est etiam sensibilis. Vtrumque ergo habet ratio diuina, ut sit ad aliud, quæ est differentia relationis; & ut sit in aliquo, quod est commune omni formæ. Igitur ratione propriæ differentia, ut est ad aliud, non consideratur ut perfectio; sed prout est in aliquo, perfectio est.

Deinde expendendum est illud quod dicitur, perfectionem esse ad se, non ad aliud. Nam secundum modum intelligendi, ut modò dicebamus, perfectio est ad se, quia perfectum est quod in se habet perfectionem: sed res ipsa quæ perfectio est, potest esse ad aliud: nam ratio creata perfectio est, & ad aliud est: & ipsum perfectum quod habet relationem ad aliud, habet illā in se; aliàs non potest intelligi perfectum. Quo argumento comprobamus Filium non esse perfectum paternitate, quæ in illo

A non est. Nihil ergo prohibet relationem quæ est ad aliud esse perfectionē: & hac consideratione ratio quoque diuina est perfectio, uti explicauimus.

Sed est discrimen quòd ratio creata est ratio perfectionis, & est perfectio addita; quia est quædam essentia, & species accidentis coniuncta cum substantia: itaque non solum existentia relationis creata, quæ est absoluta; sed ipsa quoque ratio creata est perfectio, & ratio perfectionis, cum sit perfectio addita; ratio autem diuina, etsi sit perfectio, non est ratio perfectionis, quemadmodum docuimus.

B Aduertendum est autem, quòd ratio creata est quædam essentia relatiua, cui conuenit existere; eius autem existentia est absoluta; & quoniam in rebus creatis existentia est extra essentiam, & adueniens, ipsa quoque ratio ordine naturæ antecedit suam existentiam, ut sapientia, & cætera accidentia secundum essentias suas antecedunt suas existentias: scientia ergo creata producta extra causas, & subiecto coniuncta, iam intelligitur perfectio formalis subiecti, quia est forma conueniens; per existentiam verò hæc ipsa perfectio perficitur, & magis perficit subiectum modo quodam completo entis: quia omnis forma creata perficitur, & cõpletur per existentiam, ut diximus. De relatione autem diuina longè aliter philosophandum est: primò, quia ratio diuina sua ratione præcisa non est essentia, sed duntaxat est actus quidam hypostasis, conueniens nō essentiæ, sed hypostasi. Post hæc autem ratio diuina nullam affert secum existentiam; non relatiuā, quia nulla est in Deo existentia relatiua, imò neque in relationibus creatis existentia est relatiua, ut lib. 4.

C dicemus: neque verò ratio diuina affert existentiam absolutā; quia ratio in Deo est posterior omni absoluto; absoluta enim cõmunicantur, & antecedunt proprietates, & sunt perfectiones essentiæ: essentia autem perse ipsam est perfecta; neque potest intelligi quòd per relationē adijciatur essentiæ aliqua perfectio absoluta. Ratio ergo diuina ipsum esse quod habet, non secum affert, sed potius ipsa consequitur esse.

D Hæc autem duo pertinent ad perfectionem relationis diuinæ; nam ratio creata eò quòd est quædam essentia, est maxime imperfecta

perfecta

14. Ipsa ratio creata, nō autem sola eius existentia quæ est absoluta, est perfectio addita, & ratio perfectionis.

Non sic ratio increata,

15. Declaratur hoc.

In creatis relatio est essentiali relatiua producta, & vnica ordine naturæ anteceditur ut cap. 3. n. 24.

Essentia ut sic iam intelligitur perfectio formalis subiecti: per existentiam verò magis perficitur, ac perficit subiectū.

In diuinis relatio ut sic, nō est essentia.

Item nullam affert secum existentiam.

De relatiua probabitur.

Dea soluta probatur.

16. Hæc duo pertinent ad perfectionem relationis diuinæ:

10. 4. argum.

11. 5. argum.

12. 1. Aduert.

Relatio ut relatio, sumit ut est ad aliud.

Somitur 2. pro tota ratione relationis, scilicet ut est ad aliud, & in aliquo. Exemplum.

1. modo nō intelligitur ut perfectio, sed 2. ut est in aliquo, vel alicuius: ut cap. 3. p. 1. n. 1. & 2.

13. Consect. Secundū modum intelligendi perfectio est ad se.

Res ipsa quæ est perfectio potest esse ad aliud.

Essentia ad aliud, est maxime imperfecta:

Similiter existentia absoluta consequens relationem.

Relatio diuina est duntaxat actus hypostasis distinguens vnam ab alijs.

Existit per hypostasis existentiam.

17.

1. Aduert.

1. Effectus formæ est existentia, siue species.

2. est existentia suo modo.

In creatis proprietates hypostasis neutrum tribuit.

Conuenientia creatæ proprietatis cum diuina: hæc non dat esse Deum quasi forma speciei, sed vt proprietates, &c. vt cap. 31.

p. 3. n. 23.

18.

1. Discrimen. In creatis hypostasis est primum subiectum existentia:

Essentia verò per proprietatem hypostasis, fit capax existentia: vnde per eam perficitur.

Essentia diuina est ipsa existentia.

2. Discrimen consecrarium.

perfecta essentia, quæ scilicet est ad aliud; eiusque existentia maxime imperfecta est, quia est quid absolutum consequens relationem, quod absolutum necesse est esse valde debile, & imperfectum.

Relatio verò diuina, cum non sit essentia, est duntaxat actus hypostasis, distinguens vnam ab alia, quod perfectissimè præstat: ex eo autem quòd non est essentia, non sibi vendicat vt afferat existentiam imperfectissimam, qualis est existentia quæ relationes consequitur. Hoc autem ipsum pertinet ad perfectionem diuinæ relationis, quòd existat per existentiam hypostasis perfectissimam; ita vt non afferat secum existentiam imperfectam.

Post hæc autem cogitandum est, quòd forma omnis creata dat esse speciei, & esse existentia: primus enim effectus formæ est essentia, siue species; secundus est existentia, eo loquendi modo, quem lib. 4. docebimus. Proprietas verò hypostasis creatæ neutrum esse tribuit, neque speciei, neque existentia; sed constituit hypostasis in specie, & facit illam capacem existentia. Horum alterum simile est in diuinæ hypostasis proprietate; alterum dissimile. Simile illud est, quòd proprietates hypostasis diuinæ, v. g. paternitas, non dat esse Deum quasi forma speciei; sed vt proprietates quæ formam facit propriam istius hypostasis, quasi constituens hypostasis in specie: & hac ratione est perfectio hypostasis.

Dissimile illud est quòd essentia creata non est capax existentia, sed ipsa hypostasis, quæ est ens completum, est existentia primum subiectum. Quare proprietates hypostasis aliquo modo est perfectio ipsius essentia, complens essentiam & est perfectio addita essentia, quæ facit eam capacem existentia. Essentia autem diuina est ipsa existentia; & non habet ab hypostasi, aut proprietate vt existat: quæ obrem proprietates non est perfectio addita essentia, neque antecedit existentiam vt possit esse quasi principium existendi; quæ est propria ratio perfectionis: sed omnino consequitur existentiam, non solum qua natura diuina existit, sed existentiam ipsiusmet relationis, quæ est eadem existentia naturæ. Ex quo discrimine aliud consequitur, quòd proprietates diuinæ hypostasis eodem modo se habet ad essentiam, sicut ad esse: siquidem essentia,

A & esse in Deo sunt idem. Sicut ergo proprietates dat speciem non vt forma speciei, sed vt facit eam formam propriam, & constituit hypostasis in specie; ita diuina proprietates dat esse, non vt forma cuius effectus est esse, sed vt proprietates quæ facit illud esse proprium, & constituit hypostasis habentem esse diuinum; ergo non eodem modo dat esse relatio creata, sicut increata: creata enim relatio dat esse vt forma speciei; relatio autem diuina dat esse vt proprietates, quæ facit illud esse diuinum proprium hypostasis.

B Et quamuis proprietates, & relatio diuersis conceptibus subiectæ sint; eadem tamen est ratio in hac disputatione, de proprietate, origine, & relatione diuina; quia omnia hæc in Deo considerantur non vt essentia, sed vt propria essentia: nam & origo, & relatio relatiuo conceptu, etsi non constituent hypostasis; sunt tamen propria hypostasis, nihil addentia nisi proprium aliquid: verbi gratia, gignere in Deo est esse Deum cum hac proprietate gignendi; & ita fit vt sola deitas sit ratio perfectionis; licet singula propria sint perfectiones singulæ; non tamen vt propria sint ratio ipsa perfectionis. Et ita non multiplicatur perfectio formaliter in diuinis relationibus.

C Vnde etiam colligitur, quòd spiratio actiua sit perfectio formalis, & simpliciter perfectio, eodem modo intelligendi; quia licet non constituat hypostasis, est tamen propria duarum hypostasis: & ita hæc relatio dat esse diuinum duabus hypostasis, quatenus refert illas ad Spiritum Sanctum, quod est proprium illarum hypostasis: quia referendo Patrem, & Filium ad Spiritum Sanctum, quasi proprium reddit esse diuinum duarum personarum quarum est communis proprietates.

D Adhuc aduertendum est aliquorum esse sententiam, quòd S. Anselmus non definiert perfectionem simpliciter in ea significatione, qua etiam comprehendit relationes; eò quòd eo loco ipse S. Anselmus dicat se de relationibus non agere. Sed tamen Auctor ibi relationes reijcit, quæ essentia diuinæ conueniunt, vt creator, & alias, quæ non sunt relationes reales. Quapropter eius definitio relationibus personalibus coaptanda est, si eæ quidam perfectiones sunt. Hoc autem in expedito est facere; dicendum

Relatio increata non dat esse vt forma speciei, sed vt proprietates hypostasis, quæ si constituit hypostasis in specie, seu habentem esse diuinum. Relatio creata dat esse vt forma speciei.

19.

Proprietates, origo, & relatio eadem ratione sunt perfectio formalis, ac simpliciter. Origo, & relatio relatiuo conceptu, etsi non constituent hypostasis, sunt tamen propria hypostasis, v. g. gignere in Deo est esse Deum cum hac proprietate gignendi.

20.

Similiter spiratio actiua est propria duarum hypostasis: vnde est eadem ratione perfectio formalis, & simpliciter.

Declaratur.

21.

3. Aduert. Quorundam sententia quæ relatio diuina personalis non est perfectio simpliciter definita

à S. Ansel.

Pro ea locus

S. Anselmi.

Explicatur de alijs relationibus.

Ea sententia

reijcitur.

dum

Ad definitionē
S. Anselmi,
1. Cōmētarius
Perfectio sim-
plicitē est que
&c. id est, cui
nihil perfecti-
onis repugnat
secūdum esse.
2. id est, quā
opposita perfe-
ctio nō sit me-
lior.
3. id est, quate-
nūs perfectio
est.

dum enim, quod perfectio simplicitē ea est, quæ est melior ipsa, quam non ipsa, scilicet quod nihil illi perfectionis repugnet secundum esse: filiatio verò non repugnat paternitati secundum esse, quia idem esse habet; perfectio autem secundum esse æstimatur. Potest etiam explicari, quod melior est ipsa quam non ipsa, per negationem; ut scilicet opposita perfectio non sit melior, paternitas autem non est melior filiatione. Denique cum paternitas, & filiatio sint eadē perfectio, ut dictum est, quia dant idem esse absolutum, quod est mensura perfectionis; possumus dicere paternitatem esse perfectionem simplicitē; & quatenus perfectio est, non distingui à filiatione. Itaque filiatio est non ipsa paternitas; sed non est non ipsa perfectio; sed eadē perfectio est.

Responsio.

22.
Ad 1. arg. con-
tra 2. conclu-
sionem.

Ad S. Aug.
1. Respon-
sionem.

Ad eundem, &
ad S. Thom.
2. Respon-
sio ex
c. 31. p. 3. n. 14.
Ad rationem
Respond. ex
1. aduert.

23.
Ad 2. arg.

Essentia diu-
ina est perfec-
tio ut forma
speciei: relatio
est perfectio ut
eadem perfec-
tionem essen-
tia facit pro-
pria personæ.

24.
Ad 3. arg.

Relationes
tres possunt di-
ci perfectiones
tres, ut plura

AD primum argumentum respon-
detur verissimum esse id, quod ait
S. August. bonum esse ad se; quia penes
modum intelligēdi nihil est bonum, nisi
ut est in se bonum. Et ita relatio creata
ut ad aliud, non intelligitur ut bonum,
sicut neque ut accidens; est tamen bonū
sicut & accidens. Relatio autem diuina
non est bonum adiunctum essētiæ; quod
fortē S. August. vult, & S. Thom. eo loco
docet. Ad argumentum ipsum iam di-
ximus, quod relatio secundum propria
differentiam ut est ad aliud, non consi-
deratur ut perfectio; sed ut est in aliquo
perfectio est.

Ad secundum respondetur concedē-
do quod tota perfectio personæ diuinæ
est essentia; sed negatur consequentia,
quod relatio non sit perfectio: nam es-
sentia est perfectio, ut forma speciei; re-
latio verò est perfectio, ut ipsam formā
speciei facit propriam. Quare nihil mirū
quod essentia sit tota perfectio; relatio
enim non est perfectio addita, sed qua-
tenus illam eandem perfectionem facit
propriam, ut diximus. Itaque relatio est
perfectio non solum propter identitatē,
quia est essentia, sed etiam formalitē,
quia est forma dans esse, modo illo iam
explicato.

Ad tertium respondetur, quod rela-
tiones tres possunt dici perfectiones tres
eo modo, quo plura attributa dicuntur

A plures perfectiones, quæ tamē sunt vna
perfectio: non tamen possunt dici tres
perfectiones relatiuæ, quia significatur
quod relatio sit ratio perfectionis, &
quod sit perfectio addita, quam relatio
secum afferat: sed cum dicuntur tres per-
fectiones relatiuæ, explicandum est ma-
terialitē, pro rebus quæ sunt perfectio
vna.

Ad quartum concedimus, omnē per-
fectionem diuinam esse communicabilē
ut perfectio est; quare non sequitur ut
paternitas sit communicabilis; sed quod
ut perfectio est, cōmunicabilis sit: quod
enim habet perfectionis est absolutum,
scilicet esse diuinum.

Ad quintum iam ostendimus, quo pa-
cto explicanda sit S. Anselmi definitio;
quare dicimus filiationem non repug-
nare paternitati quoad esse; & iterum nō
esse perfectionem oppositam, sed ean-
dem: est enim res opposita, sed non per-
fectio opposita; quia duæ hæ res sunt vna
perfectio formalitē; quia in vtraque est
eadem ratio perfectionis, scilicet exi-
stentia.

Ad sextum respōdetur, quod relatio
diuina est perfecta ex propria ratione,
hoc est, ex propria ratione hoc habet ut
perfecta sit; sed non quod ipsa sibi sit
ratio perfectionis, ut cap. antecedente
diximus: quare non sequitur quod rela-
tiones plures, habeant plures rationes
perfectionis; sed quod sint res plures
perfectæ, quarum perfectionis vna sit
ratio.

Ad argumenta pro partibus aduersis,
quibus probatur relationem diuinam
esse perfectionem additam, responden-
dum est. Primum autem, Patres perfe-
ctionis esse censent quod Pater generet
propter fecunditatem naturæ, quæ est
diuina perfectio cæteris attributis ad-
iuncta, ut lib. 2. docuimus. Hoc ergo est
quod S. Cyrillus ait, Patrem esse dignius
nomen quam Deum; quia nos fide Chri-
stiana nouimus Deum fecunditate na-
turæ præditū, quod gentes non norunt,
& hæretici negant. Et eandem ob cau-
sam imperfectum dicimus Deum sine
generatione, quia non esset natura fee-
cunda. Quod verò ait S. Hilar. lib. 2. si-
ne Spiritu Sancto Trinitatem imperfe-
ctam; etiam ad hoc refertur quod non
esset voluntas fecunda si per illam Spi-
ritus Sanctus non procederet: ipse etiā

attributa plu-
res perfectio-
nes. Non tamē per-
fectiones tres
relatiuæ, in sē-
su formali, aut
absolute, ut c.
31. p. 3. n. 10.

Ad 4. arg.
Omnis perfe-
ctio diuina est
communicabi-
lis, ut perfectio
est.

Ad 5. arg.
Respond. ex 3.
aduert.
Filiatio est res
opposita pater-
nitati, sed non
perfectio oppo-
sita.

Ad 6. arg.
Relatio diui-
na est perfecta
ex propria ra-
tione: non tamē
ipsa sibi est
ratio perfectio-
nis.

Ad 1. arg. con-
tra 1. conclu-
sionem
Ad auctorita-
tes.

Origo, & rela-
tio à Patribus
censetur perfe-
ctio, propter fe-
cunditatē, quā
indicat, ut cap.
31. p. 3. n. 22.

Sic respond.
ad S. Cyrill.
Pater præter
Deitatem qualē
nouerūt gētes,
habet dignita-
tem fecundi-
tatis.

ad S. Hilar.

Adeundem
2. respons.

Ad S. Ignat.

Ad 1. locum

S. Thomae.

Ibi diuiduntur

perfectio-
nes ma-

terialiter, id est

res quae perfe-

ctiones dicun-

tur, vt cap. 31.

p. 3. n. 28.

Ad 2. locum.

Facit pro 2. co-

clus.

Ad 3. locum.

1. Respons. vt

ad 1. locum.

2. Respons.

Notandum.

29.

Ad rationem.

In Deo sunt

tres perfectio-

nes materialiter,

vt c. p. 31.

p. 3. n. 28.

Non eodem

genere nume-

ratur transcen-

dentia.

Si sunt tria en-

tria, sunt tria

bona & perfe-

cta, non ita si

sunt tres res, vt

lib. 1. c. 41. n. 19

Ratio.

Ens significat

esse.

Res non ita.

numerus ternarius non esset, si Spiritus Sanctus non esset. Ad quod ipsum pos- sunt referri verba S. Ignatii de paterna dignitate: neque enim Pater est tantum- modò Deus qualem nouerunt gentes; sed habet præterea dignitatem siue per- fectionem fecunditatis, quæ pertinet ad Patrè generatè. At verò S. Thom. in illo opusc. loquitur materialitèr non formalitèr; neque enim diuidit formalitèr perfectionem, sed res quæ perfectio- nes diuinæ dicuntur: alia enim essentia- lia sunt, quæ dicuntur perfectiones na- turales; alia verò personalia, quæ dican- tur perfectiones personales. Quod verò alio in loco ait dignitatis nomen sup- poni pro relatione diuina, non recusa- mus: nam ratio ipsa diuina est perfe- ctio, sed non sequitur quòd sit relatiua perfectio, quasi ratio sit ratio perfe- ctionis; aut sit perfectio addita, & distin- cta à perfectione absoluta, & essentiali. In altero quoque opusc. videtur diuide- re perfectionem non formalitèr, sed ma- terialitèr, vt attributa dicant perfectio- nes essentialis, relationes verò non es- sentialis perfectiones; non tamen dixit relatiuas. Et ita producere personam non numeratur inter perfectiones essentialis, scilicèt inter attributa, sed cum per- fectionibus non essentialibus numeran- dum est. Præterea respondententi licitum est distinguere etiam ex aliorum senten- tia ad repellendam ambiguitatem: qua- rè scitè dixit S. Thom. non esse perfe- ctionis absolutæ personam producere, quicquid sit de relatiua perfectione.

Ad argumentum primum, responde- mus libentèr consentientes esse perfectio- nes tres, hoc est, res tres quæ sunt perfe- ctiones; sed formalitèr est vna perfectio, hoc est, vna ratio perfectionis in tribus. Cum verò obijcitur transcendentia nu- merari cum ente. Concedimus ita nu- merari adiectiuè, sed non in genere neu- tro. Itaque si sunt tria entia, sunt tria bo- na, & perfecta; non tamè si sunt tres res, sunt tria bona & perfecta, sed tres res bonæ & perfectæ: ens enim quia signifi- cat esse, numeratur simul cum bono & perfecto, quorum ratio & mensura est ipsum esse; res verò, quia nomè hoc non significat esse, non inducit numerum trās- cendentium in genere neutro, vt lib. 5. docebimus. Et ita sunt res tres, non tria bona, neque tria perfecta.

A Ad secundum respondetur, quòd re- latio creata est quædam essentia imper- fecta; & affert esse, & idcirco est perfe- ctio addita; sed non est simpliciter per- fectione, imò neque absolutè, sed ex parte & secundum aliquid, vt diximus capite præcedèrè. Relatio verò diuina non est essentia, neque addit perfectionem, sed est forma perfecti. At verò hoc ipso est infinite perfectior, quàm relatio creata; quia tota perfectio relationis diuinæ, est esse diuinum infinitum. Quòd si immi- neas & urgeas; arguens hoc ipso relatio- nem creatam esse perfectionem, quia est perfectio addita. Negatur hoc ingenuè, nam id quod relatio creata addit, imper- fectum est, scilicèt essentiam relatiuam; fieri autem non potest vt sit perfectior per hoc, quod aliquid imperfectum ad- dit: imò per hoc deficit à perfectione, quæ in diuina relatione inuenitur; quæ nihil addit imperfectum, & est forma suo modo dans esse diuinum, quatenus illud esse proprium facit personæ.

B Ad tertium respòdetur, quòd verum est conformabile cum intellectu diuino, & illud est diuina essentia, vt S. Thomas docet; quare concedimus quòd relatio- nes diuinæ sunt verissimæ, ipsa veritate essentia, quæ est ratio cuiusque veri; qua- rè non sunt tres veritates, sed vna sum- ma veritas.

C Ad quartum respondetur, quòd va- lor operum Christi erat personalis; quia opera non erant Deitatis, sed personæ diuinæ operantis: dignitas tamen per- sonæ est ipsa natura; ita vt personalitas nullam addat dignitatem ad naturam.

D Ad vltimum respondetur, quòd rela- tio diuina dat ipsum esse quod antecede- dit, quia dat illud nouo modo, scilicèt faciendo proprium: quod quidem non est incredibile, vt in notationibus eluci- dauimus. Præterea relatio quæ est pro- prietas dat esse denuò, nostro modo in- telligendi, quia non dat illud esse Deo; Deus enim præintelligitur existens: sed dat illud esse hypostasi, quæ non præin- telligitur; relatio enim affert hyposta- sim, & dat illi esse constituendo ipsam: esse autem hypostasim, est maxima per- fectione, vt S. Thom. docet. Si igitur con- sideremus quòd relatio diuina non dat esse vt forma speciei, sed vt proprietas, facili negotio argumenta contraria re- fringemus.

30.
Ad 2. argum.
Respond. ex
1. aduert.

Relatio nō ad-
dit perfectio-
nē, sed est for-
ma perfecti.

Replica.

Solutio.

Relatio creata
per hoc deficit
à perfectione,
quia aliquid
imperfectum
addit.

31.

Ad 3. arg.
Relationes di-
uinæ sunt ve-
rissimæ ipse
veritate essentia,
quæ est ratio
cuiusque veri.
S. Thom.

32.

Ad 4. arg.

Dignitas per-
sonæ est ipsa
natura.

33.

Ad vltimum
Respond. 1.

Relatio diui-
na ipsum esse
quod antecede-
dit nouo mo-
do.

Respond. 2.

Relatio diuina
dat esse denuò
nostro modo
intelligendi, scilicèt
hypostasi.
Declaratur.

Ex

34.
Difficultas
affinis.

Responsio.
In creatis per-
sonalitas est p
fectio additana
tura, quia hæc
sine illa imper
fecta est.

Ex hoc verò oritur dubium, quo tota hæc disputatio definiatur: nam si persona est quid perfectissimum, ipsa personalitas erit summa perfectio; ergo personalitates tres, sunt perfectiones tres. Respondetur similiter, quòd in rebus creatis, hoc quod est esse personam, est perfectio addita naturæ; quia natura sine persona imperfecta est, ut obseruauimus. At verò in Deo natura est se ipsa perfectissima; quare personalitas nullam addit perfectionem; est tamen personalitas summa perfectio etiam in Deo, per hoc quòd naturam siue essentiam perfectissimam constituit propriam istius personæ.

CAPVT XXXIII.

*Pater non est maior Filio perfectione
relatiua.*

1.
Ratio tractan-
di separatim
hanc quæst.

S. Thom.

Cum probatum iam sit relationem diuinam non addere perfectionem; consequens est ut Pater non sit perfectior Filio relatiua perfectione. De qua re S. Thom. 1. p. q. 42. art. 4. & in 1. d. 9. q. 1. ar. 2. & 4. contra gent. c. 7. & de potent. q. 2. ar. 3. Sed quoniam ea sententia quæ affirmat, cauenda nobis est; videtur autem nisi suffragijs Patrum; visa est hæc disputatio separatim tractanda.

2.
1. sententia
Arianæ hæresis
de præminē-
tia essentiali Pa-
tris.
2. sententia
Caluini apud
Genebrard.
de præminē-
tia hypostati-
ca, seu relatiua.

Et quidem Ariana hæresis illa fuit, quòd Pater essentiali perfectione præferendus esset Filio. Caluinus tamen apud Gilbert. Genebrard. libr. ad Schegkium, fol. 84. introducit personarum inæqualitatem, ita ut Patri attribuat, *υπεροχην*, hoc est, præminentiam; & quòd intelligat de præminētia non essentiali, sed hypostatica, liquet ex argumento eiusdem apud Genebrardum folio consequenti. Quia (inquit) Pater aut produxit Filium superiore perfectione hypostatica, aut eundem produxit: non produxit eundem, scilicet se ipsum; sed nec superiorē, quòd non potuit; ergo inferiorē produxit. Existimauit ergo Caluinus perfectiones hypostaticas non esse æquales.

Caluini arg.

3.

Isthec autem sententia Caluini quòd Pater perfectior sit, quàm Filius hypostatica, siue relatiua perfectione, placet nonnullis Theologis temerè quidē philosophantibus de diuinis. Falluntur autem isto argumento persuasi: cum enim

Pro ea Theo-
logi,
1. eorum arg.

A paternitas sit quædam perfectio, ut iuxta Patres docuimus; & Pater sit maior Filio propter ipsam paternitatem, quia est principium Filij, ut Patres etiam cõsentiunt: videntur sibi rectè colligere quòd Pater sit perfectior Filio: nam id quod perfectione aliqua maius est, est quoque perfectius. Præterea cū species sint sicut numeri, relationes autem diuinæ sint specie distinctæ; videtur quòd non sint æquæ perfectæ, sed vna sit alia perfectior: quod erat argumentum Caluini, perfectionem Filij hypostaticam non posse esse æqualem; sed vel esse eandem, quæ est Patris, & non distinctam; vel esse superiorem, quod est absurdum; vel inferiorē esse, quod ille vult.

B Nihilominus tamen dicendū est, Patrem non esse perfectiorem Filio, etiam perfectione relatiua. Probatur, quia relatio diuina non est perfectio addita, neque est ratio formalis perfectionis: tota autem perfectio & ratio perfectionis est essentia, ut docuimus; cum ergo relatio nihil addat perfectionis, vtræque relatio non est altera perfectior, siquidem vtræque, ut proprietates hypostaticæ, dat hypostasi idem esse diuinum; qua sola ratione relatio est perfectio. Deinde vbi est maius & minus, possumus cogitare æquale; id autem quod est minus deficit ab æquali, vel spatio infinito vel finito: igitur si filiatio est minor paternitate, deficit certè ab æqualitate, vel infinito spatio; & iste excessus Patris quo antecellit Filium erit infinitus: vel excedit spatio quodam finito, quod in duobus infinitis non potest cogitari; neque enim vnum infinitum est maius alio infinito, qua parte infinitum est, propter additamentum finitum; infinito enim ut infinitum est, nihil additur: dicere autem filiationem finitam, impium est. Quòd si finita esset non distaret spatio finito à paternitate infinita; finitum enim ab infinito distat infinito interuallo. Cui argumento rectè congruunt verba Tertull. lib. 1. contra Marcionem ponentē duos Deos, non pares, sed impares, *Non potest (inquit) admitti ut summo magno aliquam ascribat diminutionē qua subiiciatur alij summo magno. Desinit enim, si subiiciatur: & infra, Nega Deum, quem dicis deteriore: nega summum magnum, quem dicis minorem.* Hoc eodem argumento commonstramus vnam personam

D 2. arg. quod errat Caluini magis elucidatū.
4.
3. sent. in titul. allerta.
1. probatio ex 2. conclusione tradita cap. 31. p. 3. n. 14.
Vtræque relatio, ut proprietates hypostaticæ, dat hypostasi idem esse diuinum, qua sola ratione relatio est perfectio.
2. probatio.
Excessus Patris quo antecedit Filium non est infinitus.
Non est finitum. Ostenditur 1. si filiatio dicatur esse infinita. Ostenditur 2. si dicatur esse finita.
Tertull.

personam diuinam non esse alterâ imperfectiorem, aut perfectione aliqua minore; quia negat illum esse Deum, qui dicit esse minorem.

3. probatio. Præterea sequitur quod Pater nō potuerit cōmunicare æqualem perfectionem suæ perfectioni; siquidem non potuit gignere Filium sibi æquè perfectū, quoad relatiuam perfectionem.

4. probatio. Tertiò consequens est vt maiori honore, & gloria debeamus Patrem colere quàm Filium, vtpotè perfectiorem; quod enim perfectius est, est excellentius & dignius.

5. probatio. Denique probatur, quoniam sequitur Patrem, & Filium non esse vnum summum bonum. Probatur, quoniam dū dico Patrem summum bonum, ipsa paternitas continetur in summo bono, vt pars quædam summi boni, siquidem est perfectio addita; & Filius non est illud summum bonum, quoniam non habet perfectionem paternitatis; ergo non est illud summum, sed est aliud summum bonum, quod continet perfectionem filiationis. Et est argumentum efficacissimum ad probandum, quod relatio diuina non est perfectio addita. Et confirmatur, quia quod est maius & minus, nō est idem. Vnde rectè dixit S. Augustin.

Psalm. 130. eos in Deitate gradus facere, & distinctionem, qui Filium inquit esse minorem Patre, quod idem docet Boetius lib. 1. de Trinit. sed si paternitas est perfectior, summum bonum est maius & minus; ergo non est idem: non est ergo vnum summum bonum, quod Deum dicimus, sed sunt plura bona, & Diu plures. Probatur minor propositio, nam summum bonū continet omne bonum, siue relatum sit, siue absolutum: ergo si paternitas est maius bonum, summum bonum quod continet paternitatem, & Deitatem simul, est maius bonū; quàm summum bonum quod continet filiationem, & Deitatem; ergo in summo bono est maius & minus; ergo distinctio & multitudo bonorum.

6. probatio. Præterea, summum bonum non potest cogitari minus bonum: sed Filius est summum bonum; ergo neque cogitando licet fingere quod sit minus bonum, quàm Pater. Et iterum probatur, quoniam si paternitas est ea bonitas, quæ comparata cum filiatione est maior, etiā comparata cū essentia pertinet formaliter ad summum bonum;

7. probatio. Sequitur in Filio non esse summum bonum, quod continet filiationem, & Deitatem. Præterea, summum bonum non potest cogitari minus bonum: sed Filius est summum bonum; ergo neque cogitando licet fingere quod sit minus bonum, quàm Pater. Et iterum probatur, quoniam si paternitas est ea bonitas, quæ comparata cum filiatione est maior, etiā comparata cū essentia pertinet formaliter ad summum bonum;

8. probatio. Præterea, summum bonum non potest cogitari minus bonum: sed Filius est summum bonum; ergo neque cogitando licet fingere quod sit minus bonum, quàm Pater. Et iterum probatur, quoniam si paternitas est ea bonitas, quæ comparata cum filiatione est maior, etiā comparata cū essentia pertinet formaliter ad summum bonum;

9. probatio. Sequitur in Filio non esse summum bonum, quod continet filiationem, & Deitatem. Præterea, summum bonum non potest cogitari minus bonum: sed Filius est summum bonum; ergo neque cogitando licet fingere quod sit minus bonum, quàm Pater. Et iterum probatur, quoniam si paternitas est ea bonitas, quæ comparata cum filiatione est maior, etiā comparata cū essentia pertinet formaliter ad summum bonum;

10. probatio. Præterea, summum bonum non potest cogitari minus bonum: sed Filius est summum bonum; ergo neque cogitando licet fingere quod sit minus bonum, quàm Pater. Et iterum probatur, quoniam si paternitas est ea bonitas, quæ comparata cum filiatione est maior, etiā comparata cū essentia pertinet formaliter ad summum bonum;

liter ad summum bonum; videlicet vt illud sit melius, in quo est bonitas paternitatis: ergo in Filio in quo est minor bonitas, scilicet filiatio, non est summū bonum.

Et confirmatur argumento accepto à S. Thom. quod est ordine tertium; quoniam si in ijs relationibus non attenditur perfectio secundum vnum esse diuinum; relationes diuinæ sunt perfectiones plures: ergo duæ simul sunt aliquid saltē collectione maius, quàm vna sola: & cum duæ relationes non sint ens per accidens, sed vnus Deus; maius bonum erunt duæ relationes, & duæ personæ, quàm vna relatio, & persona vna; quod est contra fidem Trinitatis: nihil enim ibi maius aut minus: ergo in ijs relationibus diuinis perfectio attenditur secundum esse, quod est absolutum, & est ipsa essentia diuina.

Eodem modo probatur, quod in Patre non sit ipsa paternitas maior dignitas, quàm in Filio filiatio; dignitas enim est quædam excellentia admiratione digna, vt ait S. August. lib. 83. questionum q. 3. aut vt definit S. Thom. in 3. d. 35. q. 1. art. 4. dignitas est bonitas alicuius propter se ipsum; sed Pater non est perfectior, siue excellentior, siue melior Filio etiam propter relationem, vt probatum est; ergo non est maior illa dignitas in Patre, quàm in Filio.

Quamobrè hoc ipso argumento conuincimus relationes diuinas nō esse perfectiones relatiuas, & additas; quoniam si essent perfectiones specie distinctæ, haud dubiè vna esset maior alterâ: species enim sunt sicut numeri, ita vt necessariò vna aliam excedat, quod initio capituli nobis obieciatur. Negandum ergo est diuinas relationes esse perfectiones additas; quo fit vt neque vna maior sit alterâ: nam ratio perfectionis, vt cap. antecedenti declarauimus, in relationibus diuinis est essentia; siue existentia diuina; & relationes non sunt perfectiones formalitèr plures, sed vna perfectio formalitèr: quapropter vna non est maior alia, cum sola sit vna perfectio formalitèr. Vnde illud dictum Cerealis Episcopi, cap. 15. contra Maximum. Numerus (inquit) ordinem efficit, æqualitas non admittit. Si enim sunt plures perfectiones re ipsa distinctæ, vna est alterâ maior.

Meritoq;

9. Confirmatur argumento S. Thomæ ex Symbolo S. Athan. Relationes diuinæ non sunt perfectiones plures, aliàs duæ simul quæ sūt vnus Deus, essent bonū saltē collectione maius, quàm sit vna sola.

10. Idem argum. probat quod in Patre paternitas non sit maior dignitas, quàm in Filio filiatio. Dignitas quæ S. August. S. Thomæ

11. Idem arg. est efficac pro 2. concl. de qua n. 4. Relationes diuinæ non sūt plures perfectiones specie distinctæ, nā species sunt sicut numeri.

Cerealis Episcopus.

12.
Consect. ex
S. Thom.
In diuinis æ-
qualitas est dū
taxat secundū
esse absolutū,
aliās esset inæ-
qualitas.

S. Aug.

Meritoq; vel ob hanc causam negat S. Thom. æqualitatem personarum diuinarum attendi in relationibus; quia relatio diuina nō est ratio formalis perfectionis, neque est forma dans speciē; sed est proprietas. Quōd si relatio in Deo esset ratio formalis perfectionis, potius esset in relationibus diuinis inæqualitas, quā æqualitas; eō quōd species rerum inæquales sunt. Et hoc est quod S. Aug. docet libr. 3. contra Maxim. cap. 18. *Originis (inquit) questio est, quis de quo sit; æqualitas autem, qualis sit & quantus.* Cum enim quæritur de origine, siue relatione orta ab origine, illud quæritur quæ persona procedat, & à qua persona procedat: cum verò æqualitas inuestigatur, illud expenditur, An qualis Pater, talis & Filius; nam in relationibus diuinis non est æqualitas, aut inæqualitas secundum aliquid relatiuum; sed omnia sunt æqualia secundum esse absolutum.

13.
Ad argumēta
2. sententia.
Ad 1. arg.

Ad 2. arg.

Perindē confutata sunt duo illa argumenta principio proposita; alterum enim quōd Pater sit maior ob dignitatem Patris, declarandum iam est: alterū verò quōd hæ perfectiones distinguantur specie, negamus constantē; sed tres relationes dicimus esse vnā perfectionem absolutam.

14.
Obiectio.
Act. 20.

Respond. 1.
vt libr. 2. c. 10.
n. 22.

Respond. 2.
cū S. Aug.
Illud, Beatius est dare, &c. in-
telligendum
est in vita hac
mortalī: non
verò in diuina
processione,
qua Pater dat
totū quod ha-
bet.

S. Hilar.

Vnum est quod possit occurrere ex illo loco Act. 20. *Beatius est dare, quā accipere.* Dare autem est relatio Patris, & accipere relatio est Filij. Quod argumentum iam aliās dissolutum à nobis est: sed respondetur adhuc cum S. Aug. libr. 3. contra Marcionem, illud esse intelligendum in vita mortali, in qua accipere est argumentum indigentia, dare autem opulentia est. Sed in diuina processione, qua Pater dat totum quod habet, æqua beatitas, siue beatitudo est in Patre dante, & in Filio accipiente. Quod idem explicat S. Hilar. *Pater (inquit) donantis auctoritate maior est; sed minor Filius non est, cui idem esse donatur.* At verò libr. 2. ad finem docuimus Filiū sine indigentia accipere: quare nulla ex parte est in diuinis beatius dare, quā accipere.

Confirmatio.

15.
Obijciuntur
auctoritates
pro 2. sent.

AD nostram sententiam confirmādam, quia nonnulla inueniuntur apud Patres, quæ videntur contraire,

hęc ipsa subijciemus statim: postmodum rem explicabimus alijs Patrum pronūciatis, quos auctores habemus & patronos. S. Dionys. de cœlesti Hierar. cap. 1. Patrem vocat principale lumen, principale autem est maius: & de diuinis nomin. cap. 2. vocat Patrem fontanam, & primordiale Deitatem. Sanctus quoque Athanas. oratione 2. contra Arium ait Patrem maiorem esse Filio, quia est Filij principium, quod ad relationē pertinet. S. Basil. lib. 1. ad finem idem ait contra Eunom. & S. Cyrill. lib. 2. Theophrasti, cap. 3. Sanctus quoque Ignatius epistola ad Philip. inducit Christum alloquentem Patrem his verbis, *Confiteor eminentiam, recognosco generationis auctorem.* Quibus Christus eminentiam in Patre confitetur, eō quōd se genuerit. S. Gregor. Nazianz. orat. 3. Theolog. affirmat Patrem maiore esse Filio vt causam, hoc est, vt principium, & idem censet oratione 2. interpretatus illud S. Pauli, *Non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo.* Maius (inquit) ad causam, æquale ad naturam refertur. Filius ergo licet naturā sit æqualis, minor tamen est; quia Pater est principium & maior. Idem docet S. Ioan. Damascen. lib. 1. fidei Orthod. c. 8. & 9. quōd Pater sit maior Filio, tanquā causa, hoc est, tanquā principium. At verò Nicolaus Auctor & Episcopus in disputatione aduersus Latinos circa processione Spiritus Sancti, Patrem ait esse maiorem, non ratione naturæ, sed ratione personæ. Et probatur, quoniam Patrum Græcorum concors interpretatio est illorū verborum, *Pater maior me est,* quōd sit maior quia est principium Filij. Ex Latinis verò hoc ipsum asserit Tertullianus lib. 1. de Trinit. de Christo Domino loquens, *Sanctificatum,* inquit, *se à suo Patre esse proponit; dum ergo accipit sanctificationem à Patre, minor est Patre.* Ergo hoc quod est accipere minus est, quia maius est dare. Imò de Spiritu Sancto quoque differens eō quōd à Filio accipit, nō dubitat Tertullianus Spiritum Sanctum dicere minorem Filio, quia Filius est eius principium. Et libr. contra Praxeam, Patrem dicit maiore, quia de eo est Filius. Sanctus quoque Hilar. lib. 9. de Trinit. affirmat Patrem donantis auctoritate maiorem esse. Quod etiam traditur in Cōcilio Sardicensi sub

S. Dionysij
1. locus.

Secundus.

S. Athan.

S. Basil.

S. Cyrill.

S. Ignat.

Nazianz.
1. locus.

Secundus
super illud
ad Philip. 2.

S. Damasc.

Nicolaus.

Patrum Græ-
corū concors
interpretatio
ad verba

Ioan. 14. n.
28.

Tertull.

Idem.

S. Hilar.

Conc. Sard.

Iulio

Conc. Flor. 16. **Pro auctoritate explicatio ne aduert.** Ad verba **Ioann. 14.** 1. interpretatio Latinorum, 2. interpretatio insuper ad-dita à Græcis. 1. interpretationem probat **S. Athan.**

Psalm. 8.

S. Cyrill.

Cerealis Episcopus.

Obiectio Nazianz.

Responsio.

S. Hilari.

Julio 1. in epistola ad omnes Episcopos, & Concil. Florent. sess. 25. vel 20. Patrē dicit ordine, & dignitate primum.

Ad hoc explicandum licet aduertere, Sanctos Doctores dicere Patrem maiorem Filio gratia explicandi verba illa Ioannis. *Pater maior me est.* Quod Latini interpretantur secundum humanitatem: Græci verò etiam secundum generationem; ita tamen ut præcipua explicatio sit secundum humanitatē. Hoc autem benè admodum probat S. Athanas. lib. 1. disputans cum Ario ex verbis Christi, ait enim, *Si diligeretis me, gauderetis utiq; quia vado ad Patrem, quia Pater maior me est.* Sicut ergo Christus secundum humanitatem ascendebat; ita secundum eandem Patrem dicebat maiorem; & idcirco gaudendum, quia ad maiorem iret, scilicet collocandus in solio gloriae. Et affert illud Psalm. 8. *Minorasti eum paulò minus ab Angelis.* Quia eadem naturā est Filius minor Patre, qua est minor Angelis effectus. Idē confirmat S. Cyrill. lib. 2. Theaur. c. 3. *Quando (inquit) maior Pater Filio dicitur, non Deitati sermo attribuendus est, sed humanitati.* Et hoc probat alijs verbis Christi Domini, *Pater, qui misit me maior me est:* nam sicut missus est Filius secundum humanitatem; ita & Pater qui misit, maior est secundum quòd Filius missus homo est. Et Cerealis Episcopus cap. 6. cōtra Maxim. referens illud Psalm. 21. *De ventre matris meae Deus meus es tu. Et idcirco, inquit, maior.* Et idem docet lib. 10. in Ioan. cap. 9. Verum est quòd S. Gregor. Nazianz. oratione 4. Theologiae, videtur respicere hanc intelligentiam; quia, quòd Pater maior sit Filio secundum humanitatem, verum quidē sit, sed nihil honorificum: *Quid enim mirum (inquit) Deum homine maiorem esse?* Sed Nazianzeno possumus respondere, id quidē mirum non esse, sed fuisse necesse, ut à Christo diceretur; ne putaretur Patrem habere Iosephum; sed Patrem innuit se habere Deum, qui solus homo existimabatur. Et ita hunc locum declarat S. Hilarius lib. 6. de Trinitate. Idem videtur indicasse, dum ait, *Cum audis itaque, Pater maior me est, scito eum de quo ob meritum obedientiae dictū est, Et donavit ei nomen quod est super omne nomen: & infra, Quando illud igitur est, Pater maior me est nempè tunc,*

A cum donatur ei nomen super omne nomen. Ecce ad humanitatem Christi refert quòd Pater maior sit Christo, dans illi nomen & gloriam in sua ascensione ob meritum obedientiae, de qua etiam re Sedulius lib. 3. Paschatis, sic ait, *Filiū genitore minorem lex carnalis habet.* Eadem est planissima sententia S. Aug. lib. 1. de Trinit. cap. 8. *Nulla, inquit, contradictio est secundum hoc dictum esse quòd formā serui maior est Pater, cui in forma Dei equalis est Filius.* Et idē persequitur cap. 9. & lib. 2. in initio docet ait Filium non solum esse Patre minorem, sed se ipso minorem secundum quòd homo est. Et idem docet de Trinitate, & vnitate Dei, cap. 2. tomo 4. & idem affirmat tract. 18. in Ioan. & epist. 174. & S. Athanas. in disput. contra Ariū in Concilio Nysseno, & S. Cyrill. lib. 10. super Ioannem, & suffragatur S. Leo Papa, serm. 3. de Pentecoste. Et iste est cōmentarius communis apud Latinos. Vide Iansenium. Eandem expositionem videtur sequutus S. Athanas. in Symbolo, *Minor, inquit, Patre secundum humanitatem.* Et idem sentit S. Anastas. lib. 1. de rectis fidei dogm. scilicet Patrē maiorem, ut est principium; Filium verò minorem secundum humanitatem. Phebadius verò lib. contra Arianos Patrem maiorem ait, quia est Auctor sine Auctore; & quia non descendit in Virgine, & Greg. Baticus libro suo contra Ariū similiter commentatur. Et Patres Spiritum Sanctum non solent dicere minorem: quia non assumpsit naturam qua esset minor. Quāquam S. Athanas. tract. 1. contra Arianos Spiritum Sanctum dicat minorem Filio non magnitudine essentiae, sed origine: quod necesse est intelligere secundum diuinam processionem tam de Filio, quàm de Spiritu Sancto. Cum ergo illa verba, *Pater maior me est,* germanam expositionē habeant, quòd est maior secundum humanitatem; Patrum Græcorum sententiā, dum aiunt Patrem etiam maiorem dici propter generationem, ita explicandæ sunt, ut nullatenus Patrem videantur præferre Filio.

Illā ergo omnia Patrum asserta vna & eadē interpretatione elucidanda sunt. Doctores scholastici aiunt Patrem esse maiorem auctoritate gignendis; auctoritas autem nihil aliud significat, quàm princi-

S. August.

Idem.

S. Athan.
S. Cyrill.
S. Leo.

S. Athan.

S. Anast.

Phebadi.

Greg. Bat.

S. Athan.

2. interpretatio declaratur.

17.

Auctoritatum pro 2. sentent. explicatio generalis.

Pater est maior Filio gignendi auctoritate, seu principio, & ordine dignitatis. *S. August.*

Ad 1. locum *S. Dionysij.*

Ad 2. locum.

18.

Ea explicatio suadetur ex *S. Athanasij.* notante quod Christus dixit Patrem maiorem, sed meliorem non dixit, vt 2. sent. dicit.

19.

Pater est dignitate primus, quia eius dignitas non est ab alio.

Ita non melior, sed maior est propter ordinem principij quasi politicè, quia honorem eundem prius Patri deferimus quam Filio.

S. Cyrill.

Parentes maiores dicimus. *S. Hilar.*

principium: & ita videtur sentire *S. Aug.* qui cum nusquam concedat Patrem esse maiorem Filio, nisi secundum quod Filius homo est; tamen lib. questionum veteris & noui testamenti, q. 122. ait Patrem auctoritate maiorem esse, quia scilicet Filius est principium solius Spiritus Sancti; Pater verò est principium ipsius Filij, & ita est maius principium. Et ita videtur posse intelligi *S. Dionysius* asserens Patrem esse lumen principale, hoc est, lumen quod est principium omnis luminis: & ideo Pater dicitur fontana Deitas.

Deinde verò aduertendum id quod doctissime *S. Athanasius* notauit oratione 2. contra Arianos; quod Christus dixit Patrem esse maiorem Filio, sed meliorem non dixit. Improbanda est ergo omnino nouella opinio, quæ Patrem asserit perfectiorem esse Filio perfectione relatiua; nam id est perfectius, quod melius. Et illud etiam consequitur, vt Pater non dicatur maior perfectione, quia esset perfectio melior.

Ex quibus fit consequens, vt cum Patres dicant Patrem maiorem, solo ordine dignitatis maior esse intelligatur, quia est dignitate primus; quia eius dignitas non est ab alio. Et hoc est quod aiunt esse maiorem ratione causæ; cum enim etiam ratione causæ, siue principij non fit melior, sed maior, iuxta *S. Athanasium* fit vt maior esse intelligatur ordine quodam principij. Et ita quidam aiunt Patrem esse digniorem non dignitate naturali, sed politica: quod si dignitas politica ea dicitur, quæ in republica quæpiam æstimatur; ipsa quoque recta æstimatione, & reuerentia Pater non est magis dignus quam Filius; cum eadem omnino reuerentia utrique deferenda sit: sed Pater est maior propter ordinem, quia prius Patri honorem deferimus, quam Filio: & hic modus explicandi videtur esse optimus; & videtur indicari à *S. Cyrillo* obscurius quidem, lib. 2. Theofauri, c. 3. vbi ait Patrem esse maiorem modo quodam originis, quasi non sit maior perfectione, sed ordine. Et ibidem ait, modo loquendi nostro Patrem dici maiorem, vt significetur quod Filius verè procedit ab illo; nam parentes maiores dicimus. Sanctus verò *Hilar.* alijs quoque verbis, vt solet, obscurioribus ostendit Patrem non esse perfectiorem Filio, sed maiorem voce tenens

A appellari: nam lib. 9. de Trinit. ait Patrem ita esse maiorem, vt Filius minor non sit; quod si re ipsa esset maior, Filius minor esset, *Pater* (inquit) *maior est, dum Pater est; sed Filius, dum Filius est, minor non est.* Quare solo nomine videtur dici Pater maior, quasi principium & auctor; sicut *S. Cyrillus* dixit appellari maiorem propter consuetudinem loquendi. Sed fortè *S. Hilar.* aliud significat verbis illis, scilicet Filium, quæ homo est, esse minorem, sed non quæ Filius est in eadem natura, vt verba consequentia indicant. Patrem tamen quæ Pater est, maiorem dicit; fortè quia Pater solum, est Deus, non homo, & non habet quo dicatur minor: & hic commentarius magis placet. Cum verò alijs in locis Pater dicitur maior, referendum hoc est, non ad perfectionem maiorem, sed ad ordinem; quia dignitas est in Patre à se ipso, in Filio verò est à Patre: itaque Pater dicatur maior, vt à sanctis Patribus dicitur; vel hoc potius explicetur: sed non dicatur melior, neque perfectior; quod Patres non dicunt. Confirmatur verbis illis, quæ leguntur in lib. synod. parum post mediū, *Subiectio Filij natura pietas est, id est, recognitio paternæ auctoritatis; subiectio autem ceterorum, est rationis infirmitas.* Vbi in Filio legimus subiectionem; sed quid sit subiectio ista, simul legimus: est enim natura pietas, & recognitio paternæ auctoritatis. Nunquid ergo Filius magis colit Patrem quam Pater Filium; aut Filius Patri subiectus est? Absit, Arianum hoc est; ergo sicut vna est & eadem pietas siue dilectio Patris ad Filium, & Filij ad Patrem; ita & eadem excellētia & dignitas. Sed Filius Patrem diligit vt principium; & hoc solo nomine maiorem. Observat autē *D. Albinus Alcuinus* lib. 3. de Trinit. c. 8. Patrem non dici maiorem Spiritu Sancto, quia Spiritus Sanctus non assumpsit ad hypostasim columbæ naturam quæ esset minor: dicitur ergo Filius minor ob naturam assumptam.

Cum igitur nullus Patrum affirmet Patrem esse perfectiorem, & *S. Athanasius* neget meliorem, audendum non est hoc asserere quod nouum est: præterquam quod est satis luculentè refutatum. Et confirmatur verbis *S. Basilii* lib. 1. contra Eunom. ad finem, *Quorumcunque* (inquit) *impossibilis est comparatio, quod patet in ipsis id quod excedit, cognoscetur?*

In hoc loco, solo nomine videtur dici Pater maior quasi principium, & auctor.

Eiusdem loci alia explicatio melior.

Pater vt sic, maior dicitur, quia Pater solum, est Deus, non homo.

Lib. Synod. Subiectio Filij natura pietas est, siue dilectio eadem, quæ in Patre, & recognitio paternæ auctoritatis.

D. Alb. Alcuin.

Pater cur non dicitur maior Spiritu Sancto.

20. Confirmatio pro 3. sent. in tit. asserta.

S. Basil. consonus probationi 2. de qua n. 4.

Sanè paternitas, & filiatio diuina, sunt perfectiones incomprehensibiles; ergo nequeunt comparari, neque vllus excessus vnus ante alteram deprehendi potest. Accedit auctoritas S. Augustini, quæ in Ecclesia Dei est maxima, non solum affirmantis vnã personã non esse perfectiorem altera; sed neque personas duas simul esse quid perfectius, quàm separatim vnã, vt affirmat 6. de Trinit. cap. 7. & lib. 7. cap. 6. à quo eandem doctrinam bibit D. Albinus Alcuinus lib. 1. de Trinit. c. 9. & 11. Sanctus quoque Ambrosius hoc ipsum firmissimo argumento ostendit lib. 1. de fide, cap. 2. *Qui enim minor est (inquit) imperfectus est, cui desit aliquid quo maiorem possit equare.* Idem probat libr. 2. cap. 3. ex verbis Apostoli Hebr. 6. *Quoniã neminẽ habuit per quem iuraret maiorẽ, iurauit per semetipsũ.* Hoc autẽ Christo Dño attribuit; ergo Pater non est maior, quia oporteret Filiũ iurare per Patrẽ, vt per maiorẽ iuraret. Et lib. 4. c. 4. *Neq; idẽ, inquit, Filius minus habet, quia Pater non est.* Et lib. 3. de Spiritu Sancto, c. 18. *Nescit, inquit, vnitas ordinem, gradum nescit aequalitas;* vbi etiã ordinem perfectionis negauit diuinis personis propter vnitatem essentię, vnde est omnis illarum perfectio: neque enim ordinẽ originis negauit S. Ambros. sed certè ordinem perfectionis. Et lib. contra Arianos c. 7. elegantèr inquit, *Inæqualium societas, melioris offensa est.* Est ergo in diuinis societas cũ omnimoda equalitate. Denique ipse S. Ambros. lib. 5. de Fide, c. vlt. Patrem alloquens: *Ergo (inquit) te quidẽ inaccessibilẽ, incomprehensibilem, inestimabilẽ promptè dixerim; sed Filium tuum minorem nõ ausim dicere: & infra, Esto tamen spiritu, ausuq; temerario metiri te velim, vnde quaso te metiar?* Hoc ipsum mihi liceat vsurpare vt diuinas relationes perfectionis magnitudine non metiar, aut comparem, cum sint infinitæ: maximè cum omnes relationes diuinæ, vna perfectio sint absoluta, propter vnã absolutam existentia, quæ est ratio perfectionis. Et S. Leo Papa, epist. 91. ad Turibiũ, personas esse æquales dignitate asseuerat. Et hæc est sententia S. Thom. planissima, 1. p. q. 42. ar. 4. ad 3. vbi cũ decreuisset, nomẽ relationis nõ significare in Deo aliquid vniuersale; quia quæ ratione vniuersali cõtine-

atur, differunt secundũ esse: relationes autẽ diuinæ habent idẽ esse, scil. essentialẽ; imò & eandẽ essentiam, quia relationes diuinæ non sunt essentia, sed proprietates: ex eodẽ argumento colligit omnes relationes simul non esse aliquid maius, quàm vnã solam; quia idem esse, & perfectio, est in omnibus. Imò cum ar. 1. decreuisset personas diuinas esse equales, idcirco videtur fecisse nouam disputationem de Filio, vtrum sit minor Patre, eo art. 4. vt Patrum sententias declararet de relatiua perfectione Patris, vt facit solutione ad 2. & 3. constantèr affirmans Patrem Filio maiorem non esse. Et q. 10. de potent. art. 5. disputans de personarum proprietatibus, asseuerat diuinas personas non posse habere inter se ordinem perfectionis, scil. vt vna sit perfectior altera, etiam ratione proprietatis, siue relationis personalis.

CAPVT XXXIIII.

Quatuor sunt in Deo relationes reales.

¶ Caput diuiditur in duas partes. Pars prior: *Quatuor relationes diuinæ non sunt res quatuor, sed res tres.* Posterior: *Quatuor sunt in Deo relationes reales.*

PRIOR PARS.

Quatuor relationes diuinæ non sunt res quatuor, sed res tres.

Requens est Doctorũ cõsensus, esse in Deo relationes reales quatuor; quẽ numerũ colligit S. Thom. 1. p. q. 28. art. 4. & q. 30. ar. 1. & ar. 2. ad 1. eò quòd hæ relationes fundantur in origine; origo autẽ in Deo altera pertinet ad intellectum, altera ad voluntatẽ: origo ex intellectu petita, est actiua generatio, quæ fundat paternitatẽ; & processio quæ est passiuã generatio, fundat filiationem: origo autẽ per voluntatẽ, quæ est actiua spiratio, vna est in Patre, & Filio fundamentum relationis spiratoris; processio autẽ quæ est passiuã spiratio, fundat relationem Spiritus Sancti. Et ita quatuor sunt relationes, paternitas, & filiatio; spiratio actiua, & passiuã: & sunt duo binarij oppositarum relationum.

Dubitatur igitur, vtrum istæ quatuor rela-

Probat, quia idẽ esse & perfectio est in omnibus personis,

2. locus.

Personæ etiã duæ simul nõ sunt quid perfectius, quàm separatim vnã. Ex S. Aug. D. Alb. Alc.

S. Ambrosij 1. locus.

2. locus probat ex Hebr. 6.

3. locus.

Quartus.

Quintus.

Sextus.

S. Leo.

S. Thom. 1. locus.

1. S. Thomas colligit hunc numerum ex origine.

Sunt duo binarij oppositarum relationũ

2.

1. certum:
Relationes di-
uinae oppositae
sunt res distin-
ctae inter se.
Declaratur.

3.
1. probatio,
ex oppositio-
ne relatiua.

2. probatio,
quia distingu-
unt personas.

Aristotelis
axioma.

Non tamē di-
stinguuntur
maiori distin-
ctione reali,
quā personae.

4.
2. certum:
Relationes
quae sunt in p.
sonis relatiuē
oppositis sunt
quoque distin-
ctae.
Declaratur.

Questio: An
quatuor rela-
tiones sint res
quatuor?

relationes sint res quatuor? & illud pri-
mum considerandum, sintne relatio-
nes diuinae res distinctae inter se? Qua in
re est concors sententia omnium Theo-
logorum, & Patrum, relationes oppo-
sitas, esse res distinctas; verbi gratia, pa-
ternitas, & filiatio, quae relatiuē oppo-
nuntur, sunt res duae: spiratio etiam acti-
ua & passiuua, propter eam oppositionē
relatiuam, sunt res duae.

Quod autem haec relationes oppositae
sint res distinctae, satis est euidens ex
primae Philosophiae principijs, quia ip-
sa oppositio relatiua affert distinctio-
nem: cum ergo haec relationes sint rea-
les, oportet ut sint res distinctae. Et hoc
idem probatur non minus efficaci ar-
gumento; haec enim relationes distinguunt
personas, ut libro 4. dicemus; at verò
non potest intelligi quod distinguant
personas, nisi sint ipsae distinctae. Quod
firmatur Aristotelico axioma, *Prop-
ter quod unumquodque tale, & illud ma-
gis*; sed relationes distinguunt perso-
nas; ergo ipsae maximè distinguuntur:
non quod distinguantur maiori distin-
ctione reali, quàm personae; quia re ip-
sa relatio, & persona est omnino idem;
sed nostro modo intelligendi persona
continet essentiam, in qua non distin-
guitur, & relationem qua distinguitur:
relatio autē est ipsa forma distinguēs; er-
go ipsa est maximè opposita, & distincta.

His addendum est, eas relationes
quae sunt in personis relatiuē oppositis,
esse quoque distinctas; verbi gratia, pa-
ternitas non opponitur relatiuē spira-
tioni passiuuae: sed quia paternitas est in
persona spirante, & spiratio passiuua in
persona spirata; persona autem spirans
& spirata opponitur relatiuē; propter
ipsas personas oppositas, paternitas
quoque & spiratio passiuua sunt res di-
stinctae. Ex quibus colligimus distinctio-
nem realem inter paternitatem, & filia-
tionem; & inter utramque, & spiratio-
nem passiuam; & inter spirationem acti-
uam, & passiuam. Sed adhuc non col-
ligimus has quatuor relationes esse res
quatuor: quia si spiratio actiua est res
eadem cum paternitate, & filiatione,
spiratio non est res quarta; & ita rela-
tiones quatuor sunt res tres: quod si
spiratio actiua est res quarta distincta à
paternitate, & filiatione, haec quatuor re-
lationes sunt quatuor res.

A Hoc igitur disputatione ista agitan-
dum est, utrum spiratio actiua sit res
quarta distincta à paternitate, & filia-
tione? Durand. affirmat esse rem quar-
tam ab utraque distinctam: & ita rela-
tiones ait esse res quatuor. Ita opina-
tur in 1. d. 13. q. 2. & recitatur pro par-
tibus Durandi tuendis Heruzus quod-
lib. 7. & Dionys. d. 27. q. 1. & Durandus
ipse testatur hanc sententiam viris do-
ctis placuisse. Ioannes verò Scot. quod-
lib. 5. art. 2. ait has relationes distingui
formaliter ex natura rei.

B Haec tamen sententia fidei dogmatis
contraria est: pugnat enim cum simpli-
citate diuinae personae: nam si in Patre
sunt res duae, scilicet paternitas, & spira-
tio actiua; necesse est esse personam Pa-
tris ex duabus illis rebus compositam. Et
idem dicendum de persona Filij, si in illa
sunt duae res, scilicet, filiatio, & spiratio
actiua. Explicatur hoc, nam si in Patre
essent res duae, scilicet relationes duae re ip-
sa distinctae, Pater non esset vna res, nisi
cōpositione vna, vel aggregatione: nam
essentia diuina est res tres cōmunitate
reali; quia est cōmunis tribus personis,
& est idem cum singulis. Pater verò non
est hoc modo res duae, quasi quid cōmu-
ne rebus duabus; sed omnino, si in se cō-
tinet res duas, vel illae res compositionē
efficiunt, si per se sint coniunctae, vel per
accidens inueniuntur simul, quasi aggre-
gatae. Et ita Pater habet se ad has res
duas, cū ipse sit res vna, quasi totum ad par-
tes sui; ergo Pater distinguitur re ipsa à
paternitate; totum enim à singulis par-
tibus distingui necesse est: est ergo quid
cōpositum ex partibus, quod est hereticum.

C Præterea, si in Patre sunt res duae, scilicet
paternitas, & spiratio actiua, & haec non
sunt accidētia, quia in Deo non est acci-
dēs; sunt ergo duae substantiae aut partes
substantiae. Et cōfirmatur, quia si paterni-
tas, & spiratio actiua sunt res distinctae,
sunt certè hypostases distinctae; quoniā
in Deo omnis res est substantia, substantia
autē incōmunicabilis est hypostasis; sed
spiratio actiua nō est paternitas, neque
filiatio, neque spiratio passiuua, sed res
quarta distincta: ergo est incōmunica-
bilis hypostasis. Dices nō esse hyposta-
sim, quia nō est incōmunicabilis Patri, &
Filio; hoc tū argumēto cōprobamus, in
diuinis nihil esse distinctum, quod non sit
incōmunicabile; quia id quod est distin-

5.
Quaest. praevia
utrum spiratio
actiua sit res
quarta distin-
cta à paterni-
tate & filiatione?

Affirmatium
& sententia
Durandi.
Heru.
Dionys.
2. sententia
Scot.

6.
1. sententia
improbatur 1.
ut cōtrariatidei
de diuina sim-
plicitate.

Declaratur
improbatio.

Pater non est
res duae com-
munitate rea-
li.

Vnde si in eo
sunt res duae, ha-
bet se ad illas
ut totum ad par-
tes à quarum
singulis distin-
guitur.

7.
Improbatur 2.
Sequitur in
Patre esse duas
substantias, aut
partes substan-
tiae.

Confirmatur
improbatio.
In diuinis om-
nis res distin-
cta, est substā-
tia incōmuni-
cabilis, seu
hypostasis.

Incōmunicabile
est id quod non
potest communicari
alio.

Etum, est res distincta subsistens; & ea res est substantia perfecta; ergo est hypostasis.

8. Improbatur 3.

Paternitas, & spiratio actiua neque sunt relationes oppositæ, neque sunt personarum relatiuè oppositarum.

Tertiò probatur, quia in Deo omnia sunt vnum, vbi non occurrit relationis oppositio; paternitas autem & spiratio actiua non sunt relationes oppositæ, neque relatiuè opponuntur; neque sunt personarum relatiuè oppositarum: spirator enim neque est persona, neque Patri, aut Filio relatiuè opponitur, sed est ipse Pater, & Filius: ergo deficiente omninò relatiua oppositione; non est res distincta, spiratio; & alia res distincta, Pater siue paternitas. Quo frequentissimè argumento utimur, ut potè validissimo; ideò enim probatur Spiratoris relatio Filio conuenire, quia ei non opponitur; & esse vna in Patre, & Filio, quia si essent duæ, non opponerentur; sine oppositione autem necessaria est vnitas in diuinis.

9. Improbatur 4.

Spiratio actiua est res distincta à paternitate, siue à Patre; alius in Patre qui est ens primum etiam personalitè esset aliquid procedens. Declaratur hoc.

Responsio.

Refutatur 1. Omnis res diuina saltè per identitatè subsistit.

Spiratio actiua si est distincta à Patre, aut ab eo procedit, aut si est inge-

Quartò: Paternitas est ipsa persona Patris, nisi etiam velis numerare res plures, & quòd persona sit vna res, & paternitas alia res: paternitas ergo siue ipse Pater est primum ens non solum essentialitè, sed personalitè; ergo omnis res distincta à paternitate, deriuatur, & procedit ab illa; sed spiratio actiua est res distincta, auctore Durando; ergo procedit à Patre, quod est hæreticum: nihil enim est in Patre, quod habeat principium, cum Pater sit ingentus, hoc est, sine principio; spiratio ergo cum sit in Patre, non procedit ab eo. Explicatur hoc, nam spiratio actiua est res quædam, vel ergo est absque origine, & est Pater, & non res distincta; solus enim Pater est sine origine: vel est per originem à Patre, quod dici non potest. Neque soluitur argumentum, si dicas spirationem esse formam subsistentis, & non subsistentem; sola autem subsistentia habere originem: nam omnis res diuina saltè per identitatè subsistit, ipsa enim relatio est res subsistens; subsistere enim est per se esse, ut lib. 4. dicemus: quòd si relatio diuina nullo modo esset per se, esset accidens. Quare si spiratio actiua est res distincta à Patre, sicut à paternitate (Pater enim & paternitas res eadem est) necesse est ut spiratio actiua sit res distincta subsistens saltè per identitatè. Cum ergo sit distincta à Patre, & subsistens; necesse est, ut à Patre procedat, aut quòd sit res

A ingenta, quæ est Patris proprietas; & erunt in Deitate duo relatiua ingenta, & distincta.

Deindè, formæ suo modo habent originem in ipsis subsistentibus; quare filiatio est à Patre non ut hypostasis, sed ut forma hypostasis. Rectè ergo queritur de spiratione actiua, siquidè est res distincta à Patre, sitnè ab illo per originem.

Adhuc arguitur, quoniam essentia est in Patre, ut forma, quæ propter suam infinitatem continet omnia, quæ sunt in Patre saltè per identitatè, ut Durandus quoque confitetur; ita ut essentia, & paternitas sit res vna simpliciter; & iterum essentia, & spiratio actiua est res vna simpliciter, ob rationem eandem: ergo paternitas, & spiratio sunt res vna inter se. Probatur, quia sunt res vna in essentia, quæ est forma eiusdem personæ in qua sunt simul: nam paternitas, & filiatio sunt idem in essentia, sed non in persona eadem, cum sint oppositæ; sed in persona eadem fingi non potest quòd relationes duæ, in essentia quidè diuina sint res vna, at verò inter se absque vlla oppositione sint res distinctæ. Explicatur hoc, nam paternitas ita est essentia, ut ipse Pater sit essentia, & non sint res duæ Pater & essentia, non sint (inquam) res duæ simpliciter, hoc ipsum confitente Durando, qui aliquam distinctionem ponit inter personam, & essentiam diuinam, sed non simpliciter realem; cum ergo essentia, & spiratio simpliciter sit res vna; quomodò spiratio & Pater simpliciter erunt res duæ, ita ut in eadem persona hæ relationes sint simpliciter res vna, & res duæ.

Postremò arguitur assumpta illa propositione à Concilio Lateranensi, quòd essentia non est res quarta distincta à personis; ergo neque spiratio actiua est res quarta distincta ab illis. Respondet Durand. disparem esse rationem, quia essentia est ens infinitum continens ipsas personas; quare non distinguitur ab illis: relationem autem etiam diuinam ait non esse infinitam; & idcirco vnã relationem non continere alias; sed esse ab illis rem distinctam. Hæc tamen responsio non satisfacit difficultati propositæ; nam neque essentia continet in suo conceptu relationes, ut hoc libro ostendimus; & tamen est vna

res nita, in Deitate erunt duo ingenta distincta.

10.

Refutatur 2. Formæ subsistentium suo modo habent originem in ipsis subsistentibus.

11.

Improbatur 5. ex Durand. Paternitas, & spiratio sunt res simpliciter vna inter se, cum sint res simpliciter vna in essentia, quæ est forma eiusdem personæ in qua sunt simul.

Declaratur improbatio.

Durandus inter essentiam, & personam ponit distinctionem realem, sed non simpliciter.

12.

Improbatur 6. ex C. Lat. ut lib. 1. cap. 4. p. 1. n. 11. & hic n. 19. Responsio Durandi.

Refutatur 1. ex cap. 28. n. 5.

res